Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Emplastrum]

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

## Elixir Uterinum *Hoffm.*

℞. *Spir. epil. Hartm.* ℔j. *extr. rad. pœon.* ℥ij. *acori viſc. q.* ana ʒiij. *opii corr.* ʒij. *eſſent. caſtor.* ʒiij. *ol. camph.* ʒß. *lavend.* ℈ij. ſt. in dig. & F. Elixir.

## Elixir Uterinum *Timæi.*

℞. *Flor. bell. c. toto* mj. *cheiri* mß. *apic. flav. lil. alb.* Pij. *herb. artemiſ. ſabin. puleg.* ana mß. *bacc. lauri* ʒvj. *caſſ. lign.* ℥j. *ſem. dauc. aniſ* ana ʒiij. redig. in pulv. cui aff. *aq. vit. mul. hyſter. Minſ.* ana q. ſ. ſt. in inf. & loc. cal. per 3. d. in col. inf. *ſpec. troch. myrrh. aloes* puriſſ. ana ℥ß. *croc. integ. caſt.* aua ʒij. dig. in M. B. p. 3. d. poſtea menſtr. abſtr. ad med. F. Elixir.

## Emplaſtrum album coctum P. A. R.

℞. *Ol.* ℔ii. *ceruſſ.* ℔iß. *ceræ alb.* ℥iv. *ceruſſam* cum ol. leni igne ad debit. conſiſt. coq. & tandem ceram in eo liquef. F. Empl. dicitur etiam Empl. de ceruſſa, in tertriginib. quacunque cauſa ſuccurrit ac leves cutis exulcerat. ſanat. Vid. corp. ph. p. 620. a.

## Emplaſtrum album coctum *compoſitum Zvvelfferi.*

℞. *Olei Sambuci ex floribus*, per trinam infuſionem, macerationem, & expreſſionem, exactè parati, vel, quod melius foret, *Axungiæ porcinæ recent. caſtr.* itidem ſemel atque iterum *cum floribus recentibus Sambuci*, vel etiam cum *roſis recentibus* infuſæ, maceratæ, & per expreſſionem denuò ſeparatæ ℔ij. *Ceruſſæ Venetæ* pulveriſatæ ℔iß. Mixta coquantur leniſſimo igne, continuò infundendo aliquid *aceti Sambucini*, pro exactiori diſſolutione ceruſſæ (quouſque propemodum ℔iß. aceti dicti affuſa ſit,) donec Empl ſtri mollis, & non nimis ſpiſſam conſiſten-

ſiſtentiam nacta fuerint, ſpatulâ, vel rudiculâ ſine intermiſſione agitando, cui ab igne remoto, addantur ſtatim, ut in eo liquefiant *Ceræ alb.* ℥iiij. & ſubſequentes pulveres, *Pulv. Maſtichis elect. Thuris albiſſ. Lapidis calaminaris* cum *ſpermate ranarum* in aquam reſoluto, præparati & levigati, ana ℥iß. *Pompholygis* ℥i. Et ſi lubet: *Camphoræ* ʒß. vel ʒvi. cum particula *ol. roſarum* cocti ad pultis formam ſoluta fiat Emplaſtrum laudabile, ad omnes inflammationes, & ulcera ſordida, & antiqua & cancroſa, &c. præſtans. Vid. corp. ph. p. 620. a.

## Emplaſtrum de Ammoniaco *Norimb.*

℞. *Mucil. ſem. lini, fœnugr.* ana ℥iß. *ol. irini* ʒvi. *ung. de alth.* ʒii. *ping. anat. anſer. gallin.* ana ʒiß. coq. ad humid. conſumt. quib. addantur ut colliq. *ceræ flav.* odoriferæ ℥ii. *reſin. pini* ʒvi. liquatis & ab igne remotis adjunge *tereb.* ℥i. in qua *ammon.* pulv. ℥ß. & *galb.* puri ʒi. ſol. & liquef. ſint, tandem adde *furf. frumenti* cribrati ℥ß. *rad. bryon. irid. Illyr.* ana ʒii. *bdell. c. acet. rutac. in pulp. red.* ʒi. *empl. de melil.* ʒii. F. Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 603. a.*

## Emplaſttum *aliàs* Ceratum de Ammoniaco *Petri Foreſti P. A. R.*

℞. *Ammoniaci præp.* ℥ß. *Unguenti Dialthææ, Emplaſtri de Meliloto* ana ʒii. *Furfurum frumenti* optime cribratorum, ℥ß. *Pulveris rad. Bryoniæ ſiccæ, Ireos Myricæ* ana ʒii. *Pinguedinis anatis, anſeris*, *gallinæ*, ana ʒiß. *Bdellii, Galbani præp.* ana ℈ii. gr. vi. *Olei Irini* ʒvi. *Mucilaginis, Sem. Fœnugræci, Lini*, ana ℥iß. *Ceræ* ℥ii. *Therebinthinæ, reſinæ Pini*, ana ʒvj. Mucilagines cum oleo & pinguedinibus coquantur ad humidi aquoſi exhala-

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

halationem, poſtea addantur cera & reſina invicem colata & liquata, atque his ab igne remotis & ſemi refrigeratis unguentum de Althæa, & Emplaſtrum de meliloto nec non poſt reliquorum pulverem, Ammoniacum & Galbanum cum Therebinthina ſoluta, ac fiat Ceratum.

Malacticum & plurimi uſus ac emolumenti eſt hoc ceratum, in omnibus affectibus externis, digeſtionem & concoctionem requirentibus, inflammationes ſedat, indurata emollit, ulcera detergit, vulnera conſolidat, & callum obducit. Vid. corp. ph. p. 602. a.

## Emplaſtrum Apoplecticum *de Spina.*

℞. *Galban. opopan. pyrethr. ſem. ſinap. caſtor. pip.* ana ℥ij. *ſulph.* ℥i. *tereb.* ℥ß. *ol. ſalv. rut.* ana ℈ß. M. F. Empl.

## Emplaſtrum Apoplecticum *Hoffmanni.*

℞. *Macu, nuciſtæ, oliban. maſt. ſtyr. cal. gum. junip.* ana ℈ij. gr. v. *roſar. rub.* ℥i. *ladani* ℥iv. *tereb. cypr.* ℥ij. F. Empl. Vid. corp. ph. p. 589. 590. a.

## Emplaſtrum Apoſtolicum *Zvvelfferi.*

℞. *Litharg.* ℥vi. *ceræ citr. coloph.* ana ℥ij *propoleos viſc. q.* ana ℥i. *ammon. lap. calam. thur. maſt. mumiæ* ana ℥iß. *Tereb. galb. bdell. myrrh. æris uſt. ſarcoc. ſquamæ æris dict. cret. ariſt. virid. æris* ana ℥i. *ol. veter.* q. ſ. F. Empl.

## Emplaſtrum Arthriticum *Schræderi.*

℞. *Empl. diachyl. magn.* ℥vi. *oxycroc. diapalm.* ana ℥ij. *medull. cerv. axung. urſin.* ana ℥iß. *tacamah.* in vin. ſol. ℥ij. cum *ol. vulp.* F. Empl. Vid. corp. ph. p. 595. a.

## Emplaſtrum Arthriticum *D. G. R.*

℞. *Gum. galb. ammon.* ana ℥i. *carann.* ℥ß. ſolve in *aceto* & trajice per linteum *mucilag. ſem. pſyll. cydon.*

*rad. alth. conſol. maj.* cum aq. parat. ℥iv. coq. ad humidit. conſum. & juſtam conſiſt. adde *ol. laurin.* ℥vi. *nuc. m. expr.* ʒiij. deſt. *junip.* ʒij. *cumini* ℈i. *balſ. ſulph. cum ol. tereb.* ʒiß. *rad. in flor.* ℥iij. ʒi. *zedoar. ariſt. cav.* ana ℥i. *myrrh. olib. maſt.* ana ʒiij. *ſuccin.* ʒß. *croc. or.* ʒiij. cum *cera pice coloph. tereb.* q. ſ. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 596. a.*

## Emplaſtrum anti-Quartium *I. B. V. H. ex Th. Hoffm.*

℞. *Tabaci* q. v. affunde *vini* ſ. q. coque ad ebullitionem per dimidium horæ ſpatium, poſtea coletur, colaturæ adde *Mellis comm. Ceræ* & *Ol. de capparib.* ſ. q. f. Emplaſtrum; applica tepide Lieni. *Vid. corp. ph. p. 605. a.*

## Emplaſtrum Arthriticum *Minſichti.*

℞. *Ol. olivarum recent.* ℔i. *Minii tenuiſſ. triti* ℥ij. Coquantur mixta ad conſiſtentiam mediocrem Emplaſtri; poſtea adde: *Ceræ citrinæ* ℔i. *Sem. Hyoſcyami* ſubtiliſſimè pulveriſati, *colophoniæ Therebinth. alb.* ana ℥iiij. Miſc. & f. juſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

Anodynum eſt; propterea, præmiſſis prius univerſalibus, Arthriticis, Podagricis, nec non aliis cruciatibus quovis tempore utiliſſimum; quia omnes fere dolorum injurias mire ſedat atque placat. *Vid. corp. ph. p. 596. a.*

## Emplaſtrum de Baccis Lauri *Stomachale Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ* & liquidæ ℥iij. in quibus liquefac. *Pul. maſtichis* ℥ij. *Thuris albi* ℥iß. *Tacamahacæ* ℥ß. Quibus bene mixtis & leniſſimo calore liquatis, adde paulatim, & alternatim de ſequentibus pulve-

pulveribus, & *Melle*; nempe *Mellis menthæ* n. m. parati ℥iij. *Pulv. Baccarum lauri*, *Nuc. Moſchat.* ana ℥ß. *Caryophyllorum* ℥j. *Calami Aromatici*, *Zedoariæ*, ana ʒvj. *Macis* ℥ß. Fiat Emplaſtrum Stomachicum efficax.

Ventriculi, & inteſtinorum dolorem à flatibus, aut frigida intemperie ortum ſanat, & concoctionem promovet, externè ventriculo appoſitum. *Vid. corp. ph. p. 629. a.*

## Emplaſtrum de Baccis lauri. *P. A. R.*

℞. *Thur. maſt. myrrh.* ana ℥i. *bacc. lauri* ℥ij. *cyperi coſti* ana ℥i. *ol. laur. tereb. ven. cer. citr.* ana ℥ß. *mell. deſp.* q. ſ. F. E. *Vid. corp. ph. p. 629. a.*

## Emplaſtrum Baſilicon minus *Meſuæ P. A V.*

℞. *Ceræ flavæ*, *Reſinæ Pineæ*, *Picis græcæ* ana ℔j. *Olei communis* quantum ſufficit, Fiat Emplaſtrum, Ceræ cum reſina & pice liquatæ colatæque oleum commiſcendo.

Ulcera, phlegmones expertia partium maxime nervoſarum tergit, ac carne implet.

Alii *Therebinthinam* addunt; alii verò eandem picis loco ponunt. *Vid. corp. ph. p. 651. a.*

## Emplaſtrum Baſilicon majus *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Ceræ albæ*, *Reſinæ Pineæ*, *Sevi vaccini*, *Picis græcæ nigræ*, *Therebinth. Thuris*, *Myrrh. Olei communis*, ana ℥i. Fiat ſecundum artem Emplaſtrum, Sevum, Ceram, Reſinam & picem invicem liquata & colata, cum oleo, Therebinthina, ac reliquorum pulvere permiſcendo.

Vulneribus recentibus remedio eſt, eaque probè glutinat. *Vid. corp. ph. p. 639. a.*

Em-

## Emplaſtrum Baſilicum *ſive* Vulnerarium verum *Zvvelff*.

℞. *Pul. gum. Elemi, Opopanacis, Sagapeni, Maſtichis, Pulv. gum. olibani, Myrrhæ*, ana ℥iß. Hæc omnia liqueſiant beneficio caloris leniſſimi in *Therebinthinæ ar.* ℥viij. *Balſami n. vulnerarii Martialis, Balſami n. Sulphuris vulnerarii* ana ℥ij. Et dum in diplomate liquefacta adhuc calent, ſuperaddantur ſequentia ſubtiliſſimè inciſa, & minutiſſimè contuſa: utpote *Rad. Symphyti major. recent.* ℥iß. *Herb. Alkimillæ, Conſolid. Saracen. Millefolii, Plantag. min. acuti, folii, Pyrolæ*, ana recent. ℥j. *Flor. Hyperici recent.* ʒx. *Populi arb r. recent.* ℥ij. *Summit. Laricis*, ſeu *Abietis* à lanugine ſua ſeparat. ℥iß. Nec non *Pulv. ſanguinis Draconis, Lapid. Calamin.* cum *Succo plantaginis* parati, *Oſteocollæ* identitem cum ſucco plantag. parati ana ℥iß. *Sarcocollæ* ʒß. *Croci Martis* ex *Vitriolo Martis* per calcinationem parati ℥iß. Ultimò tandem quamprimum refrixerunt, admiſceatur: *Balſami indici de Peru* ℥iß. Fiat omnibus exactè inter ſe invicem copulatis, Emplaſtrum, vulneribus in univerſum omnibus, antiquis æquè, ac recentibus applicabile: præſervans, & ab omnibus ſymptomatibus defendens vulnera; quæ perſanat, & conglutinat. *Vid. corp. ph. p. 640. a.*

## Emplaſtrum Baſilicum *&* vulnerarium *aliud Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthin. clar. & odorat.* ℥ij. in qua liquefac. *Pulv. Maſtichis electi, Sagapeni*, ana ℥j. *Colophoniæ tranſlucidæ* ℥iiij. His liquatis paulatim adde: *Pulv. Myrrhæ* tranſpar. *Olibani albiſſ. Succini albi præp.* ana ℥j. *Croci optimi* ana ʒß. Fiat Emplaſtrum

ali-

aliquamdiu in calore leniter ſaltem liquatum, & agitandum, ut ingredientia ſe invicem exactè amctantur.

Hoc præſtans eſt in omnibus vulneribus, recentibus & antiquis, Nervorum, Oſſium, Capitis, &c. Membris enim & nervis conquaſſatis opitulatur. *Vid. corp. ph. p. 640. a.*

## Emplaſtrum de Betonica *Amſtelodamenſium.*

℞. *Succi Beton. Apii, Plantag.* aa. ℔j. *Gummi Elemi, Reſinæ pini, Ceræ, Therebinthinæ,* aa. ℔ß. M. Fiat Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 586. a.*

## Emplaſtrum de Betonica *ſive Cephalicum Regium Zvvelff.*

℞. *Reſinæ ſtyracis*; per expreſſionem factæ, ℥ij. *Ladani* per extract. paratæ ℥j. ℴ℗ *Nucis Moſchat.* expreſſi ℥iij. In his liquatis leniſſimo calore ſolvantur ſequentia: utpote *Pulv. Gum. Tacamahacæ, Animæ,* ana ʒx. *Olibani in granis* ℥j. quibus porrò inſtillentur: *Ol. ſtill. ligni Rhodii* ʒij. *Majoranæ, Lavendulæ,* ana ʒj. *Coriandri* ʒß. His probe unctis, & interim aſſervatis, immiſceantur, ſucceſſu temporis, ſequentes *herbæ* & *flores* recentes ſubtiliſſimæ inciſ. ac contuſ. ad pultis formam, nec non pulveres, qui infra ſequuntur: *Herb. recent. Betonicæ cum florib. Majoranæ, Roriſmarini* cum *flor. Gemmar. populi arbor.* recentium, ana ℥j. *Flor. recent. Keiri, Tunicæ, Arantiorum,* ana ℥ß. *Pulv. Succini albi præp.* ʒvj. *Ligni aloes gummoſi* ʒß. *Croci opt. Orient.* ʒij. *Nucleorum perſiccorum excorticat.* ana ℥ß. Contuſa omnia ad pultis formam cum *aqua roſarum fragr.* ſ. q. & per ſetaceum tranſmiſſa, miſceantur exactè, in diplomate, calore leni, fiatque Emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ.

Præſtat

Præſtat ad capitis fluxiones ſiſtendas & exciccandos humores varios Cerebri, Cæphalæam, Cephalalgiam, aliasque capitis affectiones præter naturam juvat. Eſtque Emplaſtrum verè Regium. *Vid. corp. ph. p. 586. a.*

### Emplaſtrum Barbarum *Londinenſe.*

℞. *Picis ſicc.* ℔viij. *cer. citr.* ℔vi. ℥viij. *reſin. pini* ℔v. & ℥iv. *bitum. Jud. vel mumiæ* ℔iv. *olei* ℔iß. *ærug. litharg. ceruſſ.* ana ℥iij. *thur.* ℔ß. *alum. rup.* ℥iß. *alum. ſciſſ. uſt.* ℥iv. *opopan. ſquam. æris galb.* ana ℥iß. *aloës, opii myrrh.* ana ℥ß. *tereb.* ℔j. *ſucc. mandrag. vel cort. rad. ſicc.* ℥vj. *acet.* ℔v. coq. ſ. a. F. E.

### Emplaſtrum de Betonica *Norimberg.*

℞. *Thereb. claræ* ℥ij. in qua leni cal. liquef. *maſtich. thur. mumiæ* ana ℥ij. quib. unitis & leniter liquatis addantur *reſinæ pini ceræ flavæ* ana ℥ij. ſeorſim liquatæ & per linum colatæ ultimo *beton. pulv.* ℥ß. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 586. a.*

### Emplaſtrum ad cancros *Hoffmanni.*

℞. *Ung. diapompholig.* ℥iij. *empl. de mucilag.* ℥i. *rad. ſcrophul. ari* ana ℥ij. *cc. uſt. pp. ciner. gammaror. & ranar.* ana ℥ß. M. in mort. calid. adde *ol. vitell. ov.* rec. extr. q. ſ. F. Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 633. a.*

### Emplaſtrum carminativum *Sylvii.*

℞. *Gum. galb. bdell. ammon.* ana ℥ß. *thur. myrrh. rub.* ana ℥ij. *opii theb.* ℥j. ſolve in *acet. ſcill.* inſpiſſ. iterum adde *ceræ citr. colophon.* ana ℥iij. *balſ. Peruv ol. philoſ.* ana ℥i. *terræ* ℥ß. *carvi deſt.* ℈ß. *tereb. ven.* q. ſ. F. Empl. flatus diſcutit & tumores reſolvit. *Vid. corp. ph. p. 629. a.*

### Emplaſtrum ad Bubones peſtilentiales *de Spina.*

℞. *Cepar. toſt. allii aſſat.* ana ℥iij. *caric.* no. 20. *ferment.*

*ſem.*

ſem. ſinap. ana ℥ß. *malv. rad. alth.* ana ℥i. *gum. galb. ammon.* ana ʒiij. *pulv. buſon.* ℥i. *ung. dialth. empl. magnet. ſalæ ther.* ana q. ſ. F. Empl.

### Emplaſtrum Catholicum *Burrhi.*

℞. *Opopan.* ℥ij. *bdell. gumm. animæ caran. heder. tacam. thur.* ana ℥iv. *balſ. Peruv.* ℥iij. *tereb.* ℥v. *ceræ* ad pondus omnium liquef. invicem & F. Empl. externe & interne uſurp. in aff. ſtom. podagra & in odontalg. genis. appl.

### Emplaſtrum Cephalicum *de Spina.*

Rec. *Reſin. pini* ℥ij. *ladan. myrrh. maſt.* ana ℥vi. *gum. tacam. galb. opop.* ana ℥ß. *viſc. til.* ʒv. ℈ij. *ſem. pæon. mar.* ʒij ℈ij. *cubeb.* ℈iv. *ol. ſuccin. nuciſt.* ana ʒß. gum. in acet. ſolutis adde *tereb.* ℥iiß. F. Empl.

### Emplaſtrum Cephalicum *Londinenſe.*

Rec. *Reſin.* ℥ij. *Pic. nigr.* ℥i. *ladan. tereb. farin. fab. orob. ſterc. columb.* ana ℥ß. *myrrh. maſt.* ana ʒiß. *gum. junip. nuc. m.* ana ʒij. F. Empl. ſi fortius velis, adde *euphorb. pip. nigr. pyrethr.* ana ℈ij. M.

### Emplaſtrum Cæſaris *Londinenſe.*

Rec. *Roſ. rub.* ℥iß. *rad. biſt. nuc. cupr. ſant omn. menth. ſem. coriand.* ana ʒiij. *maſt.* ℥ß. *hypociſt. acac. ſang. drac. terr. ſig. bol. arm. cor. rub.* ana ʒij. *tereb.* aqua plant. lot. ℥iij. *ol. roſ.* ℥ij. *cer. alb.* ℥xii. *reſin. pini* ℥v. *picis* ℥vi. *ſucc. plant. ſemper viv. teleph.* ana ℥i. F. Empl.

### Emplaſtrum Ceroneum *Zvvelfferi.*

Rec. *Pic. nav. bene col. ceræ* ana ℥ij. ʒiij. *ſagapen.* ℥ij. *ammon. tereb. colophon. croc.* ana ℥i. ʒiij. *aloes, thuris myrrh.* ana ℥i. *opopan. ſtyr. cal. galban. maſt. alum. fænugr.* ana ʒvi. *ſtyr. liquid. bdell.* ana ʒiij. *litharg.* ʒiß. M. F. Empl.

Empla-

### Emplaſtrum Diachylon ſimplex *P. A.*

Rec. *Mucil. fænugr. ſem. lini rad. alth.* ana ℔i. *ol. clari* ℔iij. *litharg.* ℔iß. coq. omnia leni igne continue agit. uſque dum humidit. aquoſæ conſumt. *Vid. corp. ph. p. 599. a.*

### Emplaſtrum Diachylon Magnum *P. A. V.*

Rec. *Litharg.* ℔i. *ol. cham. irin. aneth.* ana ℥viij. *mucil. ſem. lin. fænugr. alth. decoct. fic. ping. uv. paſſ. ireos, ſcillæ, ichthyocoll. æſypi* ana ʒxij. *tereb.* ℥iij. *reſin. pini ceræ flav.* ana ℥ij. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 599. a.*

### Emplaſtrum de cicuta *Schrœderi.*

Rec. *Cicut. c. toto* inciſ. & exſicc. ℥ix. *ſucc. ejusd.* ℥iv. *ol. cappar.* ℥xviij. *irini* ℥vi. *ceræ nov.* ℥ivß. *gumm. amm.* ℥ß. in oleis c. ſucco ſuff. coctis liquetur cera poſtea ab igne depoſitis addendo *pulv. cicutæ & ammon.* F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 613. a.*

### Emplaſtrum de Cinnabari *Londin.*

Rec. *Cinnab.* ℥iß. *Euphorb. auripigm.* ana ʒiiß. *galb. colat. picis* ana ℥iiß. *empl. de mucilag.* ℥iij. *ung. ægypt.* ℥ß. F. *E*mpl.

### Emplaſtrum citrinum *Norimberg.*

Rec. *Ceræ citr.* ℔ij. *reſin. puræ* ℥x. *ſevi cervini* ℥iv. *tereb.* ℥ij. *ol. ſpicæ* ʒi. M. F. Empl.

### Emplaſtrum de Creta *Londinenſe.*

Rec. *Cretæ* ℥iß. *ceruſſæ* ℥iv. *axung. ſuill.* ℥i. M. F. *E*mplaſtrum.

### Emplaſtrum de Cumino *Londinenſe.*

Rec. *Sem. cumin. bacc. lauri, ceræ, citr.* ana ℔i. *reſin. pini* ℔ii. *comm.* ℔iij. *ol. aneth.* ℔ß. M. F. *E*mplaſtrum.

Empla-

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum de Betonica *Cephalicum aliud Zvvelff.*

℞. *Reſinæ Styracis*, per expreſſionem factæ ℥ij. *Ladani per extr. par. Pul. Gummi Animæ, Tacamahacæ, Benzoes Maſtichis* ana ℥i. Hæc omnia liquefiant leniter in *Therebinthinæ Venet. odoratæ* ℥v. quibus ſolutis in leni calore adde: *Ceræ flavæ odoratæ* ℥vj. *Ol. Nuc. Moſchat. expreſſ* ℥j. *Still.* Coriandri, *Majoranæ, Lavendulæ*, ana ʒij. *Succini* ℥ß. His omnibus exactè, & leni calore, in diplomate unitis & liquatis, impaſtentur ſucceſſivè, dum adhuc calent, ſequentia, minutiſſimè, & ſubtiliſſimè inciſa atque contuſa; utpote *Fol. recent. Betonicæ floreſcent.* ℥iij. *Nuc. Jugland. arb. tenerrim. Roriſmarini, Thymi*, vel *Majoranæ*, ana ℥ij *Flor. recent. Acatiæ, Arantiorum*, aut, loco eorum, *Pomulor. immaturorum*, & minimorum; quæ omnia verò ſi deſint, *Florum Tunicæ*, & *Keiri*, ac *Sambuci* ana ℥i. *Gemmar. populi arboris rec.* ℥iß. Item ſuperinſpergatur: *Pulv. ligni aloes, Rhodii, Cupreſſi, Succini albi, Olibani*, ana ℥ß. *Croci opt.* ʒiii. Miſceantur exactè in diplomate, & efficiatur Emplaſtrum, ſive ceratum cephalicum præſtans, Vertebris colli, temporibus, Vertici, & fronti, applicandum, ad ſuperfluos cerebri humores, Cephaleam, Cephalalgiam, Catharrhos, ad partes inferiores delabentes, ſiſtit. *Vid. corp. ph. p.* 587.*a.*

## Emplaſtrum *vel* Ceratum ex Betonica P. *A. R.*

℞. *Therebinthinæ, Reſinæ pini, Ceræ flavæ* ana ℥ii. *Pulveris Betonicæ* ℥ß. *Maſtichis, Thuris*, ana ʒii. *Mumiæ* ʒiß. Fiat, Ceræ cum Reſinæ liquatæ, colatæ ac poſtea refrigeratæ addendo Therebin-

thinam,& reliquorum pulveres, ſecundum artem, Ceratum.

Ad exiccandos varios humores cerebri, Cephalæam, Cephalalgiam, Catharrhos, aliosque capitis affectus conducit. Vid. corp. ph. p. 588.a.

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum *aliud* Cephalicum de Betonica, *Hyberno etiam tempore parabile Zvvelff.*

℞. *Reſinar. Styracis calam. expr.* ℥i. *Ladani per extract.* cum Spiritu Vini parati ʒvj. *Pulv. Gummi Tacamahacæ, Animæ*, ana ʒß. *Therebinthinæ Cypriæ* ʒiß. Quibus leniter liquatis adde: *Ceræ flavæ & novæ*, etiam leniter liquatæ ℥ij. *Ol. Nuc. Moſchat. expreſſi* ʒß. His omnibus mixtis inſpergantur ſequentes pulveres: *Pulv. Herb. & flor. Betonicæ* ℥j. *Majoranæ, Thymi*, ana ʒiij. *Olibani, Succini*, ana ʒiiß. *Gummi, Benzoes* ʒß. *Sandaracæ, Ligni Aloes opt. Rhodii, Sem. Coriandri*, ana ʒij. Ultimò tandem *olei ſtill. Lavendulæ, Majoranæ, Coriandri*, ana ʒß. *Ligni Rhodii* ℈ij. inſtillentur. Fiat Ceratum Cephalicum pretioſum, cujus virtutes ex ſuperiori liquent. Ceratum hoc paratu quidem facillimum eſt, nihilominus, ut eò melius conficiatur, non nocebit imitari modum ſequentem.

℞. *Therebinthinæ claræ* ʒij. In qua leni calore ſolvantur vel liquefiant *Maſtichis electæ* ʒij. Item: *Pulv. Thuris & Mumiæ* ana ʒij. Quæ ambo licet non totaliter, tamen pro majori parte in Therebinthina diſſolvantur, propterea pulveriſata addi debent: Quibus unitis & leniter liquatis addantur: *Reſinæ pini & Ceræ flavæ* ℥ij. Seorſim liquatæ & per linum colatæ ac ultimò demùm *Pulveris Betonicæ* ʒß. F. Ceratum Capitale. *Vid. corp. ph. p. 588. a.*

Em-

## Emplaſtrum Camphoratum *Pharm. Batean.*

℞. *Camphoræ* ℥iß. *Balſ. de Tolu* ℥j. *Galbani colati* ʒvj. M. In affectione Hyſterica & paſſione colica umbilico applicandum.

## Emplaſtrum Carminativum *Minſichti.*

℞. *Ol Bacc. Juniperi, Laurini,* ana ℥iiij. *Succ. inſpiſſ. Sambuci, Rutæ hort. Ebuli,* ana ℥iij. *Sterc. columbar.* & *caprar.* in aceto macerat. *Picis navalis* ana ℥ij. *Flor. Chamæmel.* ℥iß. *Myrrhæ rub. Sandaracæ, Maſtichis, Olibani,* ana ℥j. *Rad. Angelicæ hort. Enulæ camp. Coſti dulc. Cyperi rot. Zedoariæ,* ana ʒß. *Therebinth. alb.* quantum ad cogendum ſatis eſt, circa finem adde: *Ol. ſtil. Cymini, Carvi,* ana ʒvj. Fiatque ſecundum artem Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 628. a.*

Ad Hydropem & inflationes diſcutiendas efficaciſſimè adhibetur: præterea ventriculi, inteſtinorum, Hepatis, Renum, Veſicæ, Uteri & partium aliarum, à flatibus aut intemperie frigida ortum dolorem placat.

## Emplaſtrum de carne Bubula *Minſichti.*

℞. *Carnis bubulæ* bene infumatæ & pulveriſat. *Ol. Tartari, Ceræ flavæ* ana ℥ij. *Therebinth. alb. Lap. Calaminar. Pumicis, Boli rub.* & *alb. Lythargyri, Maſtichis, Aluminis uſti, Ol. ovorum,* ana ℥iß. *Myrrhæ rub. Olibani, Camphoræ,* ana ℥ij. Miſc. & cum *aceti vini acerrimi* ℥ij. Fiat l. a. emplaſtrum.

Vulnera & ulcera antiqua, maligna, corrodentia, cancroſa, Saturnina, quæ omnia difficilis conſolidationis ſunt, explet, ſiccat, & cicatrice claudit. *Vid. corp. ph. p. 652. a.*

## Emplaſtrum Catagmaticum *ſeu ad fracturas Oſſium Renodæi P. A. V.*

℞. *Radicum Symphyti majoris, Althaæ, viſci querni*, ana ℥ij. *Plantaginis, Chamæpyteos, Hyperici*, a. M. j. Fiat decoctio in æquis partibus *vini rubri* & *aquæ Fabrorum* ad medias. Colaturæ adde : *Mucilag. ſeminis cydoniorum*, cum decocto *Ariſtolochiæ rotundæ* extractæ, *Olei Maſtichini, Roſarum*, ana ℥iiij. *Ceræ virgineæ* ℔j. *Lythargiri auri* ℥ij. *Therebinthinæ* ℥iij. *Balauſtiorum, Roſarum, Myrtillorum, Acatiæ*, ana ℥ß. *Mumiæ, Seminis Hyperici, Colophoniæ, Maſtichis, Succini*, an. ʒvj. *Picis navalis, Boli Armenæ, Farinæ volatilis, Thuris*, ana ℥iß. *Sanguinis Draconis* ℥ij. Fiat lege artis Emplaſtrum, Decoctum ſuperius & mucilaginem cum *Oleo roſarum*, ad humiditatis aqueæ conſumptionem coquendo, dein ceram cum colophonia & pice liquatam atque colatam, Therebinthinam, & Oleum Maſtichinum, nec non reliqua in pulverem redacta permiſcendo.

Emplaſtrum hoc catagmaticum vires habet inſignes, ad fracturas oſſium ſanandas; eorum enim coalitum juvat, & accelerat callum, quo ſimul agglutinantur, auget, calorem partis nativum fovet, & humorum fluxiones ſiſtit. Vid. corp. ph. p. 606. a.

## Emplaſtrum Catagmaticum *ſeu ad fracturas oſſium Zwelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ odoratæ, Ceræ flavæ odoratæ, novæ*, ana ℔iß. *Reſinæ albæ pini* ℔ij. His liquatis, ac per linum & qualum colatis immiſceantur ſequentia, ſubtiliſſimè priùs inciſa, & contuſa; utpote: *Rad. conſolid. majoris rec.* ℥iij. *Saniculæ rubr. Barbæ hirci, Tormentillæ, Herb. conſolidæ, Saracenicæ, Al-*

*Alchimillæ*, *Pyrolæ*, *Millefolii*, *Hyperici ſummit. floreſc. flor. Quercûs*, ana recent. ℥ij. *Oculor. populi arbor. recentium* ℥iij. *Summitat. Laricis*, vel *Abietis arboris recent.* ℥ij. Quibus probè unitis ſuperaddantur pulveres ſequentes: *Pulv. Olibani*, *Maſtichis*, *Myrrhæ*, *Sanguinis Draconis*, *Succini præp.* ana ℥iß. *Lapidis Oſteo colla*, *Calaminaris*, ana cum *ſucco millefolii* parat. ℥ii. *Roſarum rubear. Balauſt.* ana ℥i. Miſceatur exactè in diplomate, fiatque Emplaſtrum debitæ conſiſtentiæ.

Vires habet hoc Emplaſtrum inſignes in ſanandis oſſium fracturis, fovet nativum partis calorem, ſiſtit fluxiones humorum, & egregiè nervos roborat, & vulnera ac oſſa in coalitum juvat; in Herniis quoque ſanandis non minus efficax. *Vid. corp. ph. p. 607. a.*

## Emplaſtrum Catharrhale *Pharm. Batean.*

℞. *Tacamahac. Carannæ* ana ℥iß. *Empl. de Beton.* ℥iij. *Succini pulv.* ℥j. *Caryophyllor.* ℥ß. *Cort. ſaſſafr. Winterani* aa. ʒij. *Balſ. Peruv.* q. ſ. M. Fiat. Empl. ad caput raſum & nucham.

## Emplaſtrum Ceratum Cerine *dictum*, *Cteſiphontis P. A. V.*

℞. *Ceræ citrinæ*, *Therebinthinæ*, *Olei antiqui*, *Salis* ana ℔ß. Fit ſimplici modo, liquando ceram, Therebinthinam & Oleum, tandem nitri puri pulverem immiſcendo.

Exiccat humores omnium corporis partium, & præſertim Scroti. *Vid. corp. ph. p. 620. a.*

## Emplaſtrum ad Clavos *Le Mort.*

℞. *Gummi Ammon.* in *aceto ſquillitico* ſolut. & inſpiſſati ℥ij. *Reſinæ pini* ℥j. *Vitrioli cyprini* ℈j. vel ʒß.

*Merc. præcipitati* & opt. edulcorati ℈ij. M. fiat Emplaſtrum.

Convenit etiam ulceribus durioribus & bubonibus venereis. *Vid. corp. ph. p. 639. a.*

## Emplaſtrum Diachylon parvum
*Meſuæ P. A. R.*

℞. *Lythargyrii* ℥vi. *Olei veteris clari* ℔i. *Decocti ſeminis Hyoſcyami* ℥ß. *Lini, Mucilaginis rad. Althææ*, ana ℥ii. *Pſyllii* ℥iiii. Fiat ex arte Emplaſtrum.

Uſus ejus eſt in inflammationibus ac tumoribus calidis eos namque digerit & maturat. *Vid. corp. ph. p. 599. a.*

## Emplaſtrum Diachylon ſimplex
*Zvvelfferi.*

℞. *Mucilag. Sem. Fœnugræci, Lini, Rad. Althææ*, ana cum lixivio forti, ſed claro extract. ℔i *Litharg. ſubtiliſſ. triti* ℔iii. *Axungiæ porcinæ recentis* ℔iv. Coquantur leniſſimo igne, in ſartagine ampla, ſpatulâ continuo agitando, ad Emplaſtri conſiſtentiam & craſſitiem; agitetur ultimò diu, donec refrigeſcat, & dealbetur. Vid. corp. ph. p. 599. a.

## Emplaſtrum Diachylon cum Gumm.
*Vigonis P. A. R.*

℞. *Rad. Althææ*, ℔ß. *Sem. lini, Fœnugræci* ana ℥i. *Malvæ, Althææ, Cydoniorum*, ana ℥ß. *Pſyllii* ℥ii. *Succi Glycyrrhizæ* ʒx. Cum *aqua fontana* coquantur & exprimantur. *Mucilagini expreſſæ* adde: *Olei Chamæmelini, Anethini, Liliorum, Lini, Irini*, ana ℥iii. *Amygdalorum dulcium, Lythargyri auri*, ana ʒx. Coquantur ad humoris aquei conſumtionem; poſtea ab igne removeantur, & cum *Pinguedinis gallinæ, Anatis, Anſeris*, ana ℥iii. *Oeſypi* ʒx. *Sevi* vitu-

*vitulini* ℔ß. *Pulveris rad. Ireos*, ℥ii. *Florum Violarum* ℥ dimid. *Bdellii* ℥iii. *Therebinth.* ℥iß. *Ammoniaci præp.* ℥v. *Sagapeni*, *Opopanacis*, *Galbani præp.* ℥iii. Gummia hæc cum *Therebinthina* liquando, fiat Emplaſtrum ſ. a.

Magnarum in emolliendo eſt virium concoquit, maturat, digerit, acre ſolvit. Vid. corp. ph. p. 600. a.

## Emplaſtrum Diachylon cum Gum. *Zwelfferi*.

℞. *Rad. Althææ* ℔ß. *Sem. Lini*, *Fœnugræci* ana ℥i. *Malvæ*, *Althææ*, *Cydoniorum* ana ℥ß. *Pſyllii* ℥ii. Extrahatur ex ipſis cum aqua fontana vel lixivio mucilago ad ℔ii. cui adde: *Decocti fortiſſimi* ex *radicibus Glycyrrhizæ* ℔ß. & *flor. Violarum* M. j. parat. ℔i. decocto huic & mucilagini admiſceantur *Lithargyrii auri ſubt. trit.* ℔iß. *Oleor. Chamomillæ*, *Anethi*, *Liliorum*, *Lini*, *Irini*, ana ℥iii. *Amygdal. dulcium* ℥x. Pinguedinis *gallinæ*, *Anatis*, *Anſeris*, ana ℥iii. Coquantur lento igne ſemper agitando ad conſumptionem humiditatis, & conſiſtentiam emplaſtri duram, in quo ulteriùs liquefiant: *Sevi vitulini* ℥vi. *Therebinthinæ* ℥iß. *Oeſypi humidi* ℥x. Jam demum *in aceto diſſolvantur*, (pulveriſata priùs ne nimium ipſa coquere neceſſum ſit.) *Gummi Sagapeni*, *Opopanacis*, *Galbani*, ana ℥iii. Ad formam pultis, quæ Emplaſtro ſuperius confecto, & ſemi refrigerato, ſenſim commiſceantur, ut & *Bdellii* in craſſam mucilaginem cum aqua ſoluti ℥iii. *Pulv. rad. Ireos* ℥ii. Ex quibus demum optimè commixtis, fiat Emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ. Vid. corp. ph. p. 600. a.

## Emplaſtrum Diachylon cum Gummi *aliud Zvvelfferi.*

℞. *Diachyli ſimpl.* ſuperioris ℔j. cui immiſceantur pederentim, ſub continua agitatione in leni pariter calore, ſequentia: *Gummi Ammoniaci*, *Opopanacis*, *Galbani*, *Sagapeni*, ana ℥ß. Soluta prius in ſufficienti quantitate *aceti*, vel *vini*, ad pultis formam. Item *Pulv. Olibani*, *Maſtichis*, ana ʒvj. Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem, quod emollit, concoquit, maturat, digerit, atque reſolvit. *Vid. corp. ph. p. 601. a.*

## Emplaſtrum Diachylon Anodynum *Minſichti.*

℞. *Ol. anodyni è ſeptem florib. parat.* ℥xxiiij. *Lythargyri optimè trit.* ℥xij. *Mucilag. ſem. Hyoſciami*, *Pſyllii*, *Cydonior. Lini*, *Mediani Cort. Tiliæ*, *Rad. Althææ* cum *Aq. Solani* ext. ℥iiij. Lythargyrum ſubtiliſſimè pulveriſat. & præparat. cum oleo anodyno ſubigatur, poſtea lento igne coquatur, ſemper agitando, uſque dum probè mixta ſint, ab igne depoſita paulatim frigeſcant, & tunc mucilagines affundantur, invicem benè miſceantur, & ad juſtam conſiſtentiam redigantur.

Emollit, dolores ſiſtit, Abſceſſus diſſolvit, duras inflammationes & tumores calidos digerit, atque maturat; immò omnia, quæ inflammantur, curat. Inſuper podagricis auxiliatur, nec non ad intemperiem calidam mulcendum præſtantiſſimum eſt. *Vid. corp. ph. p. 601. a.*

## Emplaſtrum Citrinum *vulgare P. A. R.*

℞ *Reſinæ* ℔j. *Ceræ citrinæ* ℔ß. *Sevi cervini* ℥iv. *Therebinthinæ* ℥ij. Fiat Emplaſtrum omnia invicem liquando & colando.

Vul-

Vulneribus recentibus medetur, ac ea cicatrice claudit; quod ſi id ulceribus repurgandis magis, idoneum reddere volueris, in ſingulos Emplaſtri libras adjicito *æruginis mundatæ* ʒij. atque ſic Emplaſtrum viride efficies, id quod communiter à plebe expetitur. Vid. corp. ph. p. 648. a.

Emplaſtrum de cruſta Panis *Montagnanæ P. A. R.*

℞. *Maſtiches, Menthæ*, ana ʒj. *Cruſtæ panis toſtæ* & maceratæ *in aceto* per horam mediam ℥ij. *Olei de Maſtiche, Cydoniorum, Therebinthinæ, Ceræ*, ana ℥j. *Farinæ hordei* quantum ſufficit. Fiat Emplaſtrum, Oleis, ceram cum Therebinthina liquefactam & cætera permiſcendo.

Confert ad vomitum puerorum ac illis qui cibum retinere nequeunt. Vid. corp. ph. p. 627. a.

Emplaſtrum Diaphoreticum *Minſichti.*

℞. *Cer. flav.* ℥xi. *colophon. bdell.* ana ℥iv. *ſuccin. citr.* ℥iij, *gum. amm. in acet. ſol. Tereb. alb.* ana ℥ij. *galb. in acet. ſol. ſandarac.* ana ℥i. *maſt. thur.* ana ℥ß. M. F. *Empl.* Vid. corp. ph. p. 631. a.

Emplaſtrum Divinum *Londinenſe.*

℞. *Magnet.* ℥ii. *Ammon.* ℥iij. ʒij. *bdell.* ℥ij. *galb. myrrh*, ana ʒx. *olib.* ʒix. *opop. maſt. ariſt. long. virid. ær.* ana ℥i. *litharg. aur. ol. comm.* ana ℔iß. *ceræ* ℥viij. F. Empl.

Emplaſtrum defenſivum *Pharmacopœæ Hagienſis.*

℞. *Foliorum ſalicis, fraxini*, aa. M. iiij. *Rubi, conſolidæ maj. cum toto* aa. M. ij. *Cort. radic. fraxini, Summitat. Myrthi* aa. M. j. Contuſis omnibus affunde: *Vini rubri auſteri* ℥xxxx. *Aceti roſacei* ℥ij. Macerentur omnia in loco tepido diebus octo continuis;

deinadde: *Olei Roſacei* ℔iß. *Maſtichini* ℔ß. Coquantur leni igne; colatura fortiter expreſſa bulliat cum *Lithargyr. auri*, *Argenti* aa. ℥vj. ad Emplaſtri conſiſtentiam, addendo inter coquendum. *Sevi ovilli* ℔j. *Ceræ novæ* ℔ij. Et ſub finem coctionis: *Therebinth.* ℥iiij. *Thuris*, *Myrrhæ*, aa. ℥j. *Maſtichis* ℥ij. *Boli Armen. Terræ ſigillat. vulgar. Minii* aa. ℥iiij. Fiat ſ. a. Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 622. a.*

## Emplaſtrum defenſivum *Zuvelfferi.*

℞. *Lithargyr. ſubtiliſſ. pulv. Ceruſſæ, pulv.* ana ℥xvi. *Ol. Sambucini ex flor. de Spermate Ranarum*, ana ℔j. *Unguenti popul.* ℥iiij. vel vj. *Aceti Sambuci*, *Roſacei*, ana ℥viij. *Succi plantaginis depurat.* ℥x. Coquantur in ſartagine ampla, igne leniſſimo ad *Emplaſtri* conſiſtentiam molliorem, ſpatulâ ſive rudicula, continuo agitando, cui, ab igne remoto adde: *Ceræ flavæ & novæ odor.* ℥iiij. *Pulv. Olibani* ℥ij. *Maſtichis*, *Roſar. rub. Lap. Calamin.* cum *ſucco plantag.* parati & exſiccat. *Rad. Ireos flor.* ana ℥iß. *Liquiritiæ*, *Myrrhæ.* ana ℥j. *Croci opt.* ℥ß. Fiat omnibus probè mixtis, in calore,

*E*mplaſtrum nobile defenſivum, quod omnia ſymptomata irruentia, ac vulnera concomitantia, inflammationes & defluxiones, ad partes affectas, præcavet, parteſque roborat. Vid. corp. ph. p. 623. a.

## Emplaſtrum Diaphœnicon Calidum *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Ceræ* ℥ij. *Olei roſati*, *Nardini*, ana ℥iiij. Simul liquentur, deinde

℞. *Dactylorum ſiccorum* num. xxxx. *Panis bis cocti*, *Carnis Cydoniorum* ana ℥j. Coquantur in vino odorato & redigantur in pulpam, quæ ad debitam conſiſtentiam perducta, miſceantur ſuperioribus, addendo

dendo denique ſequentia pulveriſata: *Maſtiches*, *Thuris*, *Abſinthii Romani*, ana ℥iiß. *Ligni Aloes*, *Macis*, *Myrrhæ*, *Aloes lotæ*, *Spicæ Nardi*, *Acaciæ*, *Galliæ Moſchatæ*, *Trochiſcorum Ramich. Calami aromatici*, ana ʒj. *Ladani* ℥ij. Miſce, fiat Emplaſtrum. Ventriculum & hepar firmat, ob id lienteriam & dyſenteriam hepaticam juvat. *Vid. corp. ph. p. 629. a.*

## Emplaſtrum Diaphœnicon Frigidum *ejusdem P. A. V.*

℞. *Dactylorum maturitati proximorum* ℥v. *Panis bis cocti* ℥j. *Carnis cydoniorum* ℥iß. Coquantur cum *vino auſtero*, & redigantur in pulpam, quæ debitè inſpiſſata, permiſceatur cum ſequentibus.

℞. *Pulv. Styracis calamitæ*, *Maſtiches*, *Ladani*. *florum Acaciarum*, *Roſarum rubr. Sandali citrini*, *Trochiſcorum Ramich. Myrrhæ*, *Ligni aloes*, ana ℥iv. *Ceræ* ℥iiij. *Olei Roſacei* ℥xv. F. ex arte Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 630. a.*

## Emplaſtrum Diaphoreticum *ex Schrœdero.*

℞. *Ceræ citrin.* ℥xvj. *Bdell. pulver.* ℥v. *Colophon. pic. naval.* ana ℥iv. *Succin. citrin.* ℥iij. *G. Ammoniac.* ℥ij. F. Emplaſtrum ſ. a. malaxando cum *ol. ovorum*.

Diſcutit, ſeroſam humiditatem elicit & abſumit. *Vid. corp. ph. p. 631. a.*

## Emplaſtrum Diaphoreticum *Zvvelff.*

℞. *Gummi Ammoniaci* ℥ij. *Elemi* ℥iß. *Sagapeni* ℥j. Solvantur ſ. q. *Aceti* ad pultis formam cui adde pedetentim & quaſi guttatim. *Ceræ flavæ odoratæ* ℔i. *Therebinthinæ claræ* ℥iij. *Colophoniæ* ſeu *picis græcæ* ℥iiij. Liquata invicem leni igne, in ſartagine, ſeparatim, & non nimis calidè, ſuperioribus Gummatibus ſenſim, & alternatim uti dictum, ſub continua

tinua agitatione, infuſâ; hinc alternatim etiam inſpergantur ſucceſſivè hi pulveres, utpote: *Pulv. Gummi Bdellii* ℥iiij. *Succ. citrini* ℥iij. *Olibani, Maſtichis*, ana ℥j. *Sandracæ* ʒvj. Poſt agitetur, donec omnia commixta, atque dexterè unita ſint, per horam integram, in diplomate, vaſe ſcilicet duplici, calore leni, fiatque *E*mplaſtrum, tumoribus œdematoſis, fracturis oſſium, luxationibus, & contuſionibus maximè conducens, Vid. corp. ph. p. 631. a.

## Emplaſtrum Diaphoreticum *prout hoc parare docet Pharm. Nor.*

℞. *Ceræ citrinæ* ℥xvi. *Bdellii pulv.* ℥v. *Colophoniæ, Picis navalis*, aa. ℥iiij. *Succini citrini* ℥iij. *Gummi Ammon.* ℥ij. M. fiat *E*mplaſtrum, quod malaxetur cum *oleo ovorum*. Vid. corp. ph. p. 632. a.

## *E*mplaſtrum Epilepticum *Michaelis.*

℞. *Succin. alb. thur. maſt.* ana ℥iß. *galb. opopan.* ana ℈i. *viſc. q.* ℥ij. *ambr. gryſ.* gr. vi. *moſch.* gr. iij. *ſem. pæon. mar.* ʒß. *ladan.* ℥iß. *ol. nuc. m.* parum aſperge pulv. *cubeb.* F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 589. a.*

## Emplaſtrum Epilepticum *Minſichti.*

℞. *Ol. de Caſtoreo, Rutacei, Irini,* ana ℥j. *Rad. & ſem. Pœoniæ, Pirethri*, ana ʒj. *Viſci quercini, Squillæ præp. Cornu alcis. Gran, human.* ana ſpagyricè calcinator. ℈ij. *Thuris elect. Maſtichis, Ladani, Galbani, Opopanac.* ana ʒß. *Flor. Lavendulæ, Stœchad. Arab. Spicæ indic.* ana p. j. *Ol. Still. Roriſmarini, Hyſſopi, Nuc. Moſchat. exp.* ana ℈j. *Reſinæ & ceræ* a. q. ſ. Fiat *E*mplaſtrum ut eſt artis.

In Epilepſia & aliis periculoſis capitis affectibus, Suturæ coronali applicatum præclarum præſtat auxilium, & ſpecifica vi contra illam virtuoſiſſimè pugnat. Vid. corp. ph. p. 589. a.

Em-

Emplaſtrum exſiccativum *Marburgenſe.*

℞. *Lap. calam. pp.* ℥ij. *ceruſſ. bol. arm.* ana ʒvi. *Terr. ſig. nihil. alb. olib.* ana ʒij. *litharg. minii* ana ʒvij. *maſt.* ʒß. *cret. alb.* ℥iß. *lap. pumic.* ʒi. *rad. torm. ariſt. long.* ana ʒiij. *cer. ol. oliv. ſev. hirc.* ana ℥iij. F. Empl.

Emplaſtrum Febrifugum *Strobelbergeri.*

℞. *Tereb. cypr. opt.* ℥iß. *aranear. viv.* no. xv. m. & agit. piſtill. adde *telar. aranear. mund.* vel adhuc XIX. *araneas* med. iterum agit & add. *aſphalti* pulv. & *gum. amm.* ana ℥ß. terantur donec F. Empl. nigrum in febrib. pulſib. impon. Vid. corp. ph. p. 605. a.

Emplaſtrum Febrifugum *Michaelis.*

℞. *Fulig. fumi ſplend. tereb.* ana ʒvi. *tel. aran.* ℥i. *camph.* ℈ij. *ol. aram.* q. ſ. F. E.

Emplaſtrum Febrifugum *le Mortii.*

℞. *Sem. zedoar.* ʒij. *fulig. ſplend.* ℈iv. *cinab. vulg.* ℈ij. *camph.* ʒi. *tereb. ven.* ℥iß. F. E.

Emplaſtrum ad Fonticulos *Th. Hoffm.*

℞. *Reſi. abiet. Pic. nigr. tereb.* ana ℥ß. *mumiæ* ʒß. *tut. pp. vitr. alb.* ana ʒij. *pulv. magnet.* ʒi. *camph.* ℈i. *ol. deſt. ſuccini* ℈ij. *M.* F. Empl. Vid. corp. ph. p. 654. a.

Emplaſtrum ad Fiſtulam lachrymalem *de Spina.*

℞. *Reſin. alb. depur. ſevi cerv.* ana ℥iv. diſſolv. & quando ref. incip. adde *tereb.* ℥iß. *maſt.* ℥ij. *ſang. drac.* ℥iß. *ariſt. rot.* ℥i. F. Empl. applic. inſperſo prius pulv. ex talpis & ſang. drac. ana ℥i. parato.

Emplaſtrum Fætidum *Minſichti.*

℞. *Aſſæ fæt.* ℥iij. *granor. antirrhin. quaſi ſceleton. repræſent.* no. vij. *fol. querc.* no. iij. *cor. rub. magnet.* ana ʒiß. cum *ol. hyperici* F. Empl.

Em-

## Emplaſtr. Febrile *D. Fauſt Prof. Heidelberg. quondam Celeberrimi.*

℞. *Nucl. allii* demptis pelliculis probè contuſor. *Fulig. camin. ſplend. Rad. Ranuncul. virid.* aa. ℥j. *Telar. aranear.* ⊖*is marini* igne fuſi aa. ℥ß, *Croci Or.* ʒij. *Fol. burſæ paſtor. rutæ* aa. p. j. omnia probè contuſa & mixta cum *Therebinthina* & *ol. Scorpion.* redigantur in conſiſtentiam Cerati vel Empl. ac ſervetur uſui.

## Emplaſtrum ad febres quaſvis *etiam Quartanam D. E. Theſ. Hoffm.*

℞. *Gallarum, Salis commun. pulv. Tormentarii, Camphoræ*, a. q. ſ. Pulveriſa & cum *Therebinthina* f. ſ. a. Maſſa, ex qua formentur Emplaſtra, ad magnitudinem quadrantis thaleri, pulſibus manuum applicanda, quando & qua hora quis velit, eadem hora quotidianarius, poſt 5. tertianarius, poſt 7. quartanarius, poſt 9. diem iterum ea removeat, & in fluvium projiciat. *Vid. corp. ph. p. 605. a.*

## Emplaſtrum Filii Zachariæ, *i. e. Rhaſis ex Meſuæ P. A. R.*

℞. *Ceræ flavæ, Medullæ cruris vaccæ, Adipis Anatis, Gallinæ, Mucilaginis Sem. Lini*, ana ℔j. *Olei lini* quantum ſatis eſt. Fiat, coquendo ſufficienter mucilaginem cum oleo, & poſtea cum cera, Medulla, & adipe permiſcendo Emplaſtrum.

Juncturarum tophos, ac nodos duros emollit, diſſolvit, & craſſa lentaque pulmonis ac thoracis excrementa ad ejectionem per ſputum magis habilia reddit.

Si valentius facere volueris, adde: *Mucilaginis Althææ, Fœnugræci* partes æquales, *Olei Leucoji* (pro oleo lini) quantum ſatis. Adhuc valentius reddetur, ſi addatur *Oeſypi, Ichtyocollæ* ana q. ſ.

Empla-

## Emplaſtrum ad Fontinellas *F. F. ex Schræd.*

℞. *Ceruſ. Lithargyr.* ana ℥vj. *Ol. Roſar.* ℔j. *Aq. Roſar.* ℥viij. Coque l. △ in fine adde: *Ceræ alb.* ℥iij. F. l. a. Emplaſtrum, quod arcet inflammationem. *Vid. corp. ph. p. 654. a.*

## Emplaſtrum ad fracturas oſſium *Renodæi P. A. V.*

℞. *Radicum Symphyti majoris, Althææ, Viſci querni,* ana ℥ij. *Plantaginis, Chamæpytios, Hyperici,* a. M. j. Fiat decoctio in æquis partibus *vini rubri*, & *aquæ Fabrorum* ad medias. Colaturæ adde: *Mucilag. ſeminis cydoniorum*, cum decocto *Ariſtolochiæ rotundæ* extractæ, *Olei Maſtichini, Roſarum*, ana ℥iiij. *Ceræ virgineæ* ℔j. *Lythargiri auri* ℥ij *Therebinthinæ* ℥iij. *Balauſtiorum, Roſarum, Myrtillorum, Acatiæ*, ana ℥ß. *Mumiæ, Seminis Hyperici, Colophoniæ, Maſtichis Succini*, ana ʒvj. *Picis navalis, Boli Armenæ, Farinæ volatilis, Thuris*, aa. ℥iß. *Sanguinis Draconis* ℥ij. Fiat lege artis Emplaſtrum, Decoctum ſuperius & mucilaginem, cum *Oleo roſarum*, ad humiditatis aqueæ conſumptionem coquendo, dein ceram cum colophonia & pice liquatam atque colatam, Therebinthinam, & Oleum Maſtichinum nec non reliqua in pulverem redacta permiſcendo.

Emplaſtrum hoc catagmaticum vires habet inſignes, ad fracturas oſſium ſanandas; Eorum enim coalitum juvat, & accelerat callum, quo ſimul agglutinantur, auget, calorem partis nativum fovet, & humorum fluxiones ſiſtit. Vid. corp. ph. p. 686. a.

## Emplaſtrum de fuligine *Zwelff.*

℞. *Therebinthinæ claræ* ℥iij. *Saponis Veneti ſubtiliſſ. raſpat.* ℥v. Liquefiant ſuper igne lento, in ſartagine, quibus

quibus ſtatim adde ſequentia: *Fermenti acris panis* ℥ij. *Pulv. Croci opt. Axungiæ ſerpentum*, ana ℥j. vel hujus loco *Axung. porcinæ* ℥iß. Piſtentur & agitentur bene donec omnia exactè conjuncta & unita ſint, tùm ſuperadde: *Fuliginis Camini ſplendidi* pulveriſati ſubt. ℥ij. *Antidoti Theriacalis* n. ℥iiß. Piſtentur iterum probè, donec omnia dextere unita fuerint; tandem remiſſo calore intensô, cum quaſi refrixerunt, admiſce: *Vitell. ovorum* num. iiij. *Salis Theriacalis noſt.* tertiæ deſcript. ℥j. Fiat Emplaſtrum; cui, ſi competentem non haberet conſiſtentiam, *Ceræ citrinæ* ℥i. vel altera addi poſſet.

Magnarum virium eſt, ſi legitimè ſit confectum, in Peſte, ad extrahendum venenum, maturandos bubones, atque anthraces, & mitigandos ortos exinde dolores. Vid. corp. ph. p. 637. a.

## Emplaſtrum de gummi Elemi *Lond.*

℞. *Gum. elemi* ℥iv. *reſin. pin. ceræ ammon. aceto pp.* ana ℥ij. *tereb.* ℥iiiß. *vin. malv.* q. ſ. coq. ſ. a. F. Empl.

## Emplaſtrum de Galbano coctum *Minſichti.*

℞. *Gum. galb. in acet. diſſol. ceræ citr.* ana ℥vi. *tereb. alb.* ℥iv. M. F. Empl.

## Emplaſtrum de Galbano crocatum *Minſichti.*

℞. *Gum. galb. in aceto ſol.* ℥vi. *empl. de melil. diachyl. ſimpl.* ana ℥iij. *ceræ citr.* ℥ii. *tereb. alb.* ℥i. *croc. or.* ℥vi. M. F. Empl.

## Emplaſtrum de Gratia Dei *Nicolai.*

℞. *Tereb.* ℔ß. *reſin.* ℔i. *ceræ alb.* ℥iv. *maſt.* ℥i. *verben. beton. pimp.* ana Mj. M. F. ſ. a. Empl. Vid. corp. ph. p. 648. a.

Em-

## Emplaſtrum de Galbano *Minſ.*

℞. *Galbani in aceto diſſ.* ʒj. *Picis navalis* ℥ß. *Empl. Diachyl. ſimpl. Sal. Armoniac.* ℈j. Miſc. & fiat Emplaſtrum. Cum panno ſuper verucas & clavos in pedibus dolorem & impedimentum in inceſſu adferentes (germanicè Elſter⸗oder Kreyen⸗Augen) ponatur, tertio aut quarto die ſemper mutato, & eſt expertiſſimum. Vid. corp. ph. p. 639. a.

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum *de Galbano Matricale P. A. R.*

℞. *Galbani præp.* ℥iß. *Aſæ fœtidæ* ℥ß. *Myrrhæ rubr.* ʒij. *Bdellii mollis* ʒj. *Gummi animæ* ʒiij. *Tacamahac.* ʒv. *Matricariæ* pulveriſatæ, *Artemiſiæ* ana ʒß. *Seminis Dauci* ℈j. *Therebinthin.* ℥ß. *Ceræ* ℥iiij. Fiat Ceratum, Ceræ liquatæ, Therebinthinam & Galbanum invicem liquefacta, poſt reliquorum pulverem, immiſcendo.

Uterum frigidum calefacit, ejus flatus diſſipat, doloreſque frigidos placat. Vid. corp. ph. p. 624. a.

## Emplaſtrum Gryſeum *ſive de Lapide Calaminari P. A. R.*

℞. *Lapidis Calaminaris præp.* ℥j. *Lythargyrii* ℥ij. *Ceruſſæ* ℥ß. *Tutiæ* ʒj. *Therebinthin.* ʒiß. *Ceræ albæ* ℥iij. *Sevi Cervini* ℥iiij. *Thuris electi* ℥v. *Maſtiches* ʒiij. *Myrrhæ* ʒij. *Camphoræ* ℥iß. Confice ſecundum artem, Sevo, Therebinthinæ & ceræ liquatis, poſt aliqualem refrigerationem, reliquorum pulverem immiſcendo.

Ulcera explet, ſiccat, & cicatrices claudit; Acidum infringendo & ſalſos humores cicurando. *Vid. corp. ph. p.* 650. a.

## Emplaſtrum Gryſeum *Zvvelff.*

℞. *Therebinthinæ* ℨvj. *Ceræ albæ* ℥iß. *Sevi Cervini* ℥ij. His liquatis ſtatim injiciantur *Pulv. thuris* ℨv. *Maſt.* ℨiij. *Myrrhæ* ℨij. Bene agitentur, tandemque inſpergantur: *Pulv. Lythargyr.* ℥ij. *Lapid. Calaminaris ppt.* ℥j. *Ceruſſæ* ℥ß. *Tutiæ* ℥j. Tandem calenti nonnihil Emplaſtro *Camphoræ* ℨiß. in *Spir. vini* ſoluta admiſceatur, Fiatque Emplaſtrum. Vid. corp. ph. p. 651. a.

## Emplaſtrum Gryſeum *ſive* de Lapide Calaminari *aliud ad ulcera fluida antiqua Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ bonæ odoratæ* ℥iij. In qua liquefac: *Maſtichis elect.* ℥j. *Colophoniæ*, *Ceræ flavæ* an. ℥ij. ſuperaddendo: *Pulv. Lapid. calaminaris*, præparati *cum ſucco plantag.* & *Millefolii* ac denuò exſiccati ℥ij. vel ℥iij. *Tuniæ præp.* ℥iß. *Olibani ſubtiliſſ. triti* ℥j. *Lithargyrii ſubtiliſſ. pulveriſati* ℥iß. Prius tamen cum *aceti Sambucini* aliquot ℥ cocti & iterum exſiccati. Fiat Emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ, ulceribus manantibus & fluidis exiccandis proficuum. *Vid. corp. ph. p. 651. a.*

## Emplaſtrum Gummatum *Paracelſi ex Schrœd.*

℞. *Gumm. Serapin. Bdell. Opopanac. Galban.* an. ℥i. Solve in ✢. cola, colaturæ adde: *Maſtic.* Thur. *Maſc.* an. ℨiii. *Ceræ alb.* ad pondus omnium. F. Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 648. a.*

## Emplaſtrum de Hermodactylo *Londin.*

℞. *Empl. diachalcit.* ℥viii. *Picis Burg.* ℥iv. *ſap. ven. cer. flav.* an. ℥iii. *butyr. aurant.* ℥i. *ſem. cumin. hermod.* an. ℥iß. *fol. abſ. fl. cham. rad. ir. flor.* an. ℥ß. F. Empl.

Em-

## Emplaſtrum ad Herniam *Londinenſe.*

℞. *Gallar. nuc. cupr. malicor. balauſt. acat. ſem. plantag. pſyll. naſt. cupul. gland. fabar. torreſ. ariſt. long. & rot. myr. till.* an. ℥ß. pulv. macer. in acet. roſ. torreſ. & exſicc. adde *conſol. maj. & min. caud. equin. glaſti, ceterach. rad. oſm. reg. filic.* an. ℥i. *thur. myrrh. al. maſt. mumiæ* an. ℥ii. *bol. armen. in acet. lot. lap. cal. pp. litharg. aur. ſang. drac.* an. ℥iii. *Pic. naval.* ℔ii. *tereb.* ℥vi. vel q. ſ. F. Emplaſtrum.

## Emplaſtrum ad Herniam D. K.

℞. *Sulph. tereb.* an. ℥i. *ol. coct. maſt.* ℥ß. *croc. mart. adſtr.* ʒii. *terr. ſig.* ℥vi. *terr. vitr. dulc.* ℥ß. *cor. rub. pp. magnet. pp. conſol. maj. ariſt. rot.* an. ℥i. ʒii. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 616.a.

## Emplaſtrum ad Herniam *Fiſcheri.*

℞. *Lap. calam. tutiæ, carabes* an. ℥ß. *magnet. pp.* ʒii. *ſem. plantag.* ℥ß. *ol. myrtill. & ceræ* q. ſ. f. Empl.

## Emplaſtrum Hydropicum *Zvvelfferi.*

℞. *Pulv. ſterc. columb. aceto macerat.* ℔i. *ſulph. viv.* ℥iii. *rad. enulæ* ℥i. *farinæ fab.* ℥iß. *nitri* ℥ii. coq. in ſ. q. *vin. & ſucc. ebul.* ℥vi. ad conſiſt. catapl. adde *mell. mercurial. ſevi cervini* an. ℔ß. *Tereb.* ℥ivß. *pulv. ireos* ℥i. *bacc. lauri* ℥iß. *anethi fl. chamom.* an. ℥i. facta una vel alt. ebull. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 612.a.

## Emplaſtrum Hydropicum D. D. E.

℞. *Thur. maſt.* an. ℥i. *ſant. rub.* ℥ß. *fl. chamam. noſt. roſ. r.* an. mj. pulv. m. cum *cera ol. cham. & junip.* q. ſ. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 612. *a.*

## Emplaſtrum in Hydrophobia *Ettmülleri.*

℞. *Ceræ* ℔ß. *ol. oliv. ſev. hirc.* ana ℥iij. coq. addendo *thuris* ℥ß. M. F. Empl. vulneri imponendum.

## Emplaſtrum ad Herniam Diſpenſat. *Brandenburg.*

℞. *Exuviar. anguill. rec.* ſiccat. non ſalit. quas ablue *aqua calc. vivæ*, poſtea *lixivio forti* coque in mucilaginem glutinoſam, tum marmori infunde ut refrigeretur, poſtea recipe *mucilag. hujus glutinoſæ exuviar. anguill.* ℥iv. *lap. hæm. pp. ſang. drac. pp. ſacch. ſat. cryſtalliſati calc. ciner. Jovis ſubtil. trit.* ana ℥iij. *gum. amm. c. aceto* depur. ac *ol. myrtin.* ſ. q. coctione uniti ℥iij. F. l. a. Empl. in omnib. Herniis excepta Hydrocele conveniens.

## Emplaſtrum de Hyoſcyamo *Ludovici.*

℞. *Ol. ſemin. hyoſc. expr. ſucc. hyoſc.* ana q. pl. coque ad conſumt. ſucci tunc adde *ceræ & tereb.* q. ſ. F. Empl. Vid. corp. ph. p. 604. a.

## Emplaſtrum Hepaticum *Zwelff.*

℞. *Therebinthinæ claræ & odoratæ* ℥vj. In qua liquefiant: *Pulv. Gummi Ammoniaci, Myrrhæ* ſubtiliſſimè pulv. ana ℥iß. *Elemi, Sagapeni* ℥j. His liquatis adde: *Ceræ flavæ novæ & odoratæ* ℥iiij. Et dum adhuc liquata in diplomate hærent, ſuperinjiciantur ſequentes radices, & herbæ, ſubtiliſſimo modo inciſæ atque contuſæ ad pultis formam; utpote: *Rad. recent. Apii, Enulæ, Pimpinellæ, Cichorii ſylv.* ana ℥j. *Herb. recent. Agrimoniæ, Abſinthii, Naſturtii hort.* ana ℥iß. *Flor. roſar. rubr. recent.* ℥ij. *Solutæ in olei Seminis Naſturtii expreſſi* ℥j. Item ſuperinſpergantur: *Pulv. Santali rubri, Baccarum Lauri, Olibani,*

*bani*, ana ℥j. *Succi Abſinthii, Chamædrios* ana inſpiſſat. ad formam extracti ℥vj. Fiat Emplaſtrum debitæ conſiſtentiæ.

Efficax eſt in hepate & liene obſtructo, cujus duritiem emollit, reſolvit, & egregiè roborat. *Vid. corp. ph. p. 609. a.*

## Emplaſtrum contra Hernias *Minſichti.*

℞. *Reſinæ* ℥vj. *Therebinth.* ℥iij. *Ol. ovorum, Sangu. Draconis*, ana ℥j. *Rad. Conſolid. major. Sandali rub.* ana ℥ß. *Croci Martis* per reverberat. fact. ʒij. *Aluminis uſti* ʒj. Reſina & Therebinthina liquefiant, & ab igne remotis pulveres inſpergantur, & oleum addatur, beneque miſceantur, & fiat Emplaſtrum, quod beneficio aquæ ferventis extendatur.

Præſentiſſimum eſt remedium ad varias Herniæ ſpecies: Inprimis verò Herniam inteſtinalem & umbilicalem. *Vid. corp. ph p. 615. a.*

## Emplaſtrum ad Hernias Fernel. *Pharmac. Hagienſis.*

℞. *Succi Acaciæ, Rad. Ariſtoloch. rotund. longæ, Balauſtiorum, Cupularum glandium, Fabarum, Gallarum, Nucum cupreſſi, Malicorii, Myrtillorum, Sem. Plantaginis* aa. ℥ß. *Sumach. Naſturtii* aa. ʒiij. Omnia in pulverem redacta, diebus quatuor *aceto roſaceo* madefiant, deinde exiccentur ſuper furno calente: Tùm

℞. *Radic Conſolid. maj. Filicis, Oſmundæ Regalis, Herb. cand. equinæ*, aa. ℥j. *Aloes, Maſtiches, Mumiæ, Myrrh. Thuris*, aa. ℥ij. *Boli Armeni* aceto loti, *Lapidis calaminaris* ppt. *Lithargyrii, auri, Sanguinis Draconis* aa. ℥iij. Omnia pulveriſata excipiantur:

*Picis navalis liquatæ* ℔ij. *Ceræ flavæ* ℔j. *Therebinthinæ.* ℥viii. *Et* fiat ſ. a. *E*mplaſtrum. Vid. corp. ph. p. 615. a.

## Emplaſtrum ad Hernias *Zwelff.*

℞. *Pulv. rad. Cyperi rotund. Tormentill. Biſtort. Sanicul.* ana ℥ß. *Symphyti maj.* ℥iß. *Herb. recent. Perſoliatæ, Pyrolæ, Hyperici floreſc. Conſolid. Sarracen. fol. recent. Quercûs* ana ſubtiliſſimè conſciſſ. & contuſorum ad pultis formam, ℥iß. *Pulv. flor. roſarum rubr. Balauſtiorum, Sem. perſoliat. Nuc. Cupreſſi, Calicum gland. querc. Olibani, Sarcocoll. Sanguinis Draconis, Aluminis uſti*, ana ℥ß. *Lapid. Hæmatit.* ℥vj. Coquantur cum. q. ſ. *decocti* fortiſſimi *glandium arboris Laricis* ſive *Abietis*, (vulgò weiſſe Dannzapffen / oder Cron-Fähren) cum vino rubro facti, ad cataplaſmatis ſat ſolidam conſiſtentiam, ne manibus adhæreat; cui, ab igne remoto, adde ſequentia, jam tùm liquefacta: utpote *Ceræ novæ odoratæ* ℥xv. *Therebinthinæ clar.* ℥iiii. *Gummi Maſtichis* ℥iij. *Elemi, Tacamahacæ*, aa. ℥ij. *Balſ. n. Martialis vulnerarii* cum *Ol. Therebinth. rubro* parati ℥iß. Fiat Emplaſtrum mollioris nonnihil conſiſtentiæ, adinſtar cataplaſmatis durioris, veſicæ incluſum aſſervandum.

Præſtans Emplaſtrum ad Hernias ſanandas, ſive *Enterocele*, ſive Bubonocele ſit, ſingulis diebus recenter applicandum; repoſitis priùs inteſtinis, & cingulô aptô ligaturâ factâ, ne inteſtina prolabi poſſint. Vid. corp. ph. p. 616. a.

## Emplaſtrum ad quamvis Herniam *exceptâ Hydrocele ex Schrœd.*

℞. *Exuvias anguillarum*, non ſalitas, & in *aq. calcis* lotas,

lotas, coque in lixivio, donec craſſeſcant, & F. inſtar glutinis quod affunde, ſuper marmor.

℞. *Hujus glutinis* trajecti ℥iij. adde: *Lapid. Hæmatit. Sacchari ♄ni*, ♃ *uſti* an. ʒij. *Gumm. Ammon.* in 🜊 acerr. ſolut. & cum *Ol. Myrrh.* confuſi ℥ij. M. omnia in fictili ſuper cineres lentos ut coëant in maſſam Empl. tenuis. *E*xtendatur ſuper alutam Vid. corp. ph. p. 617. a.

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum *ad Hernias Noribergenſium.*

℞. *Pulv. Maſtiches, Mumiæ, Thuris, Succini, Gummi Arab. Tragacanthi. Aloes opt. Balauſtiorum, Roſarum*, ana ʒß. *Sanguinis Draconis, Boli Armenæ, Lapidis Hæmatitæ*, ana ʒvj. *Olei roſarum* ℥iij. *Myrthini, Maſtichini*, ana ℥j. Cum cera & Reſina ſimul liquefactis, & colatis, quantum ſufficit, additis oleis, & pulvere reliquorum, fiat ex arte Ceratum. *Vid. corp. ph. p. 619. a.*

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum *ad Hernias Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ* ℥vj. in qua liquefacito *Pulv. Maſtichis elect.* ℥j. *Ceræ flavæ odoratæ* ℥iv. quibus liquatis adde: *Succi Acaciæ, Hypociſtidis*, ana in *decocto* forti *Glandium Laricis*, ſeu *Abietis*, in pultis formam ſolut. ℥j. *Pulv. Myrrhæ, Olibani, Rad. Symphyti maj.* ana ℥i. *Sanguinis Draconis, Aluminis crudi*, parumper cum ſuperiori decocto humectati, ana ʒvj. *Nucum Cupreſſi, Lap. Hæmatit. Sem. perfoliatæ, Vitrioli de Cypro*, parum in ſole vel poſt fornacem calcinati ana ʒß. M. f. Ceratum.

Præſens remedium ad varias Herniæ ſpecies, parti affectæ, inteſtinis vel omento prius in locum ſuum

poſitis, pube ac ſcroto tonſis appoſitum. *Vid. corp. ph. p. 619. a.*

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum *aliud ad Hernias Zvvelff.*

℞. *Lithargyrii ſubt. triti* ℥ij. *Minii cribratri* ℥j. Coquantur in *aceti Roſacei* ℔j. ad ſiccitatem Lithargyrii, & Minii, & totam Aceti exhalationem. Huic pulveri aceto cocto porrò adde: Pulv. *Gummi Arabici, Tragacanthi, Bdellii,* ana ʒiß. *Aloes hepat.* ʒij. *Succi Acatiæ, Hypocyſtidos,* ana ſolut. Pulv. *Sarcocollæ, Rad. Ariſtol. rot.* Conſol. *maj. Biſtortæ, Tormentillæ, Cort. Granator.* ana ʒiß. *Nuc. Cupreſſi, Gallar. Turcicar.* ℥i. *Boli Armenæ, Sanguinis Draconis,* ana ℥ß. *Collæ piſcium,* diſſol. parum ʒiß. Coquantur denuò cum vini rubri ſ. q. ad cataplaſmatis ſolidam & duriuſculam conſiſtentiam, ne manibus adhæreat, ſ. a. Huic Cataplaſmati junge tandem: *Therebinthinæ claræ* ℥v. *Colophoniæ* ʒiß. In quibus prius. *Pulvis maſtichis el. Olibani, Myrrhæ,* ana ʒiij. *Opopanacis, Galbani* ana ʒii. liquatæ & ſolutæ fuerint. Fiat Ceratum ad Hernias præſtans. *Vid. corp. ph. p. 619. a.*

## Emplaſtrum Hypnoticum *Minſichti.*

℞. *Ung. Populeon. Ceræ citrin.* ana ʒiii. *Opii* ſpagyricè præp. *Ol. Nuc. Moſchat. exp.* ana ʒiß. *Tacamahac. Maſtichis, Sandaracæ,* ana ʒi. *Styrac. Calam. Olibani elect. Reſinæ* ana ʒß. *Galliæ Moſchat. veræ, Ext.* Croci *Or.* ana ℈i. *Ol. Still. roſar. veri* ℈ß. Miſce, & f. Emplaſtrum, ut eſt artis, ad juſtam conſiſtentiam.

Temporibus, fronti & pulſibus impoſitum ſomnum jucundiſſimum producit, præſertim ſi veſperi ante ingreſſum lecti illud uſurpetur. Inſuper ad flu-

fluxiones capitis ſiſtendas, omneſque dolores ſedandos, præſtantiſſimum, & accuratiſſimum eſt, ſed pro hyſtericis Gallia Moſchata omittenda eſt. Vid. corp. ph. p. 592. a.

## Emplaſtrum Hyſtericum *Londinenſe.*

℞. *Rad. biſt.* ℔i. *xyloal. ſant. citr. nuc. m. anther. acin. berb.* ana ℥i. *cinam. caryoph. ſchan. fl. cham.* ana ℥ß. *Thur. maſt. alipt. moſch. gall. moſch. ſtyr. cal.* ana ℥i. *moſch.* ℥ß. *cer. citr.* ℔iß. *tereb.* ℔ß. *moſchelin.* ℥iv. *ladan.* ℔iv. *Pic. nav.* ℔iij. F. Empl.

## Emplaſtrum Imperiale Diſp. *Brandenb.*

℞. *Balſ. Sulph. extern.* ℥vi. *camph.* ℥iij. *cera citr. rec.* ℥iij. *ceruſſ.* ℥ß. *empl. triaph.* ℔ß. *gum. ladan.* ℥iij. *litharg. aur.* ℥i. *myrrh.* ℥ij. *ſtyr. cal.* ℥iij F. E.

## Emplaſtrum Iſchiadicum *P. A. R.*

℞. *Gum. galb. ſagapen. caſt.* ana ℥ß. *euph.* ℥i. *ſem. lin. cepar. eruc.* ana ℥ij. *pulp. ſcill. ſterc. columb.* ana ℥iij. *ferm. acris ol. lini* q. ſ. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 594. & 595. *a.*

## Emplaſtrum magneticum Angeli *Salæ.*

℞. *Gum. ſagapen. ammon. galb.* ana ℥iij. *Tereb. laric. cera* ana ℥ivß. *magnet. arſen.* ℥iij. *terr. vitr.* ℥i. *ol. ſuccin.* ℥ij. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 636. *a.*

## Emplaſtrum in Mammillarum inflammat. *Th. Hoffmanni.*

℞. *Sevi cervin. cer. alb.* ana part. æq. liquefiant addendo *tereb. ol. violar.* ana ſ. q. M. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 624. *a.*

## Emplaſtrum manus Dei *le Mortii.*

℞. *Galb.* ℥ij. ℥ij. *Ammon.* ℥iij. ℥iij. *opop.* ℥i. *ol. oliv. veter.* ℔iiß. *Litharg. aur.* ℔i. ℥iv. *ærug.* ℥i. *cer. citr.* ℔i. *magnet.* ℥iv. *myrrh.* ℥i. *rad. ariſt. long. thur. opt.* ana

℥ij. *maſt. bdell.* ana ℥i. *litharg.* c. ol. ad conſiſt. empl. coq. dein adde ærug. poſtea ceram, mox gummata in *aceto* ſol. & depurata, ultimo pulveres F. Empl. ſanat vuln. rec. & inveter. item ulcera ſcorbut.

### Emplaſtrum matricale *Minſichti.*

℞. *Gum. galb.* in acet. diſſol. *tacamahac.* ana ℥i. *tereb. alb. cer. citr.* ana ʒvi. *aſſ. fæt. myrrh. rub. caſtor. magiſt. Jovis Anglici ol. ſuccini citr.* ana ʒiß. M. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 624. a.*

### Emplaſtrum Maſtichinum *Londinenſe.*

℞. *Maſtich.* ℥iij. *Bol. armen.* in vin. rub. lot. ℥iß. *roſ. rub.* ʒvj. *ſcob. ebor. baccar. myrtill.* ana ℥ß. *tereb. colophon. Tacamah. ladan.* ana ℥ij. *cer. flav.* ℔ß. *ol. myrtin.* ℥iv. F. Empl.

### Emplaſtrum Metrotroptogicum *Londinenſe.*

℞. *Maſt.* ʒiß. *galb. in vin. rub. pp.* ʒvi. *tereb. cypr.* ʒii. *nuc. cupr. gallar.* ana ʒiß. *ol. nuc. m. expr.* ʒi. *moſch.* gr. iiß. *pic. nav.* ʒiiß. F. Empl.

### Emplaſtrum magneticum *Roſæ.*

℞. *Ol. oliv.* ℥viiß. *ceræ citr.* ℥iß. *litharg. aur. arg.* ana ℥i. bull. invicem per horam, dein adde *ceruſſ. ven.* ℥iß. *lap. magnet. calc.* ℥i. coq. donec nigreſc. in fine adde *tereb. cypr.* ℥i. F. Empl.

### Emplaſtrum Malacticum *ſine Gummibus P. A. R.*

℞. *Ceræ citrinæ* ℥viij. *Therebinthinæ* ℥iiij. *Colophoniæ* ℥iij. *Olibani* ℥ij. *Tartari albi* ʒij. *Myrrhæ*, *Seminis fœnugræci*, *Lini*, ana ℥j. *Radic. Althææ*, *Curcumæ*, *Farinæ fabarum*, ana ʒij. *Olei Lini* ʒiij. Cera cum Colophonia liquetur, coletur & oleo ac Therebinthina invicem liquefactis, ut & reliquorum pulvis ex arte permiſceatur. Vi-

Vires utriuſque Emplaſtri nomini reſpondent, & cum ſubſequentis *E*mplaſtri de *M*eliloto conveniunt. *Vid. corp.ph. p. 602. a.*

## Emplaſtrum Malacticum *cum Gummibus* *P. A. R.*

℞. *Ceræ citrinæ* ℥ij. ʒvj. *Therebinthinæ* ʒx. *Sevi Cervini, Reſinæ*, ana ℥i. *Gummi Ammoniaci, Galbani* ana præp. ℥ß. *Pulveris Curcumæ*, *Fœnugræci*, *Lini*, ana ℥ß. *Althææ* ʒij. *Farinæ ſabarum*, *Tritici*, ana ʒiij. Cera, ſevo, & Reſina liquefactis, colatis, poſtea ab igne depoſitis & ſemirefrigeratis, pulveres ac gummi cum Therebinthina liquata immiſcendo, fiat Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 602. a.*

## *E*mplaſtrum Mammillare *Pharm. Batean.*

℞. *Sperm. Ceti* ℥j. *Ceræ albæ* ℥ij. *Galbani aceto ppti* ℥ß. ☉ *Sambuci* q. ſ. ut fiat *E*mpl. ad præcavendos mammarum morbos & earundem duritiem ſatis validum.

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum Matricale *Zvvelfferi.*

℞. *Galbani in acet.* q. ſ. ad pultis formam *ſoluti* ʒiß. cui adde *Therebinthinæ claræ* ℥ij. in qua *pulv. Gum. Tacamahacæ* ʒv. *Animæ* ʒiij. & *Aſæ fœtidæ* ℥ß. Diſſoluta & liquata ſint, ac alternatim etiam de pulveribus ſequentibus, utpote: *Pulv. Myrrhæ* ℥ß. *Matricariæ*, *Artemiſiæ*, ana ʒij. *Sem. Dauci* ʒiß. ut & *Bdellii* in *aqua Matricar.* ſoluti ʒj. portiuncula adjiciatur, f. Ceratum. Hanc compoſitionem, ceu magis genuinam, *Pharmacopœa Norica* uſualibus ſuis annumerat, ſub titulo *Emplaſtri Matricalis.* Vid. corp. ph. p. 625. a.

*E*mpla-

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum Matricale *aliud Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ* ℥iij. in illa liquefiant: *Gum. Galbani puri* ℥j. *Animæ*, *Sagapeni*, *Tacamahacæ*, ana ℥ß. Colentur per linum & qualum, iiſque adde *Ceræ novæ & flavæ* itidem liquatæ ℥ij. His unitis impaſtentur: *Herb. rec. Matricariæ*, *Menthæ*, *Roriſmarini*, *Meliſſæ*, ana ſubtiliſſimè & minutiſſimè incifat. & contuſ. ad pultis formam, ℥j. *Pulv. Myrrhæ*, ʒvj. *Rad. Cardopatiæ*, *Sem. Dauci*, *Carvi*, *Anethi*, *Olibani*, ana ʒß. *Croci opt*, *Opii* in partic. *aquæ Roriſmarin.* ad pulticulam ſoluti, *Camphoræ*, ana ʒij. Fiat Ceratum præſtans, aliquamdiu calore ex diplomate agitandum.

Uterum frigidum calefacit, ejus flatulentiam diſſipat, paſſiones Hyſtericas ſedat, & vapores ab utero aſcendentes coërcet, doloremque mitigat. *Vid. corp. ph. p. 625. a.*

## Emplaſtrum de Meliloto *prout hoc tradit Zvvelfferus.*

℞. *Pulv. ſeminis fœnugræci*, *Radic. Althææ*, *Baccarum Lauri*, *florum Chamomillæ*, ana ℥iij. *Ireos*, *Semin. Ammeos*, ana ʒiß. *Meliloti viridiſſimi* ℥ij. *Abſinthii viridis* ℥ij. *Pulpæ ficuum* ℥ij. Coquantur in ſ. q. *decocti* prius facti ex *Meliloto*, *floribus*, *Chamomillæ*, *Abſinthii*, & *Spica indica* ad conſiſtentiam cataplaſmatis durioris, lento igne, continuè & ſtudiosè agitando, ne fundo vaſis vel patellæ adhærendo ſpecies comburantur; huic Cataplaſmati adde: *Styracis calamitæ* ʒv. ſolutæ in *Therebinthinæ* ℥iß. & colatæ, item *Ammoniaci pulveriſati* in *aceto* ad pultis formam ſoluti ʒx. Sequentia autem invicem liquata & colata nimi-

nimirum: *Sevi Hircini, Reſinæ*, ana ℥iiß. *Ceræ* ℥j. *Olei Sampſuchini, Nardini*, ana ℥iij. Ultimo etiam inſpergantur pulveres ſequentes: *Pulv. herb. Meliloti, viridiſſ.* ℥v. *Flor. Chamomillæ, Abſinthii*, ana ℥iij. *Semin. Apii, Cardamomi, Cyperi, Cinamomi opt.* ana ℥ß. *Majoranæ viridiſſ.* ℥iij. Miſce exactè aliquamdiu agitando, fiat Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 603. a.*

## Emplaſtrum de Meliloto *Pharmacopææ Hagienſis, Amſtelodamenſis, & Ultrajectinæ.*

℞. *Florum Meliloti* ℔ß. *Chamæmeli, foliorum Abſinthii, Majoranæ, Sem. fœnugræci, Baccar. Lauri, Rad. Althææ*, aa. ℥iij. *Cyperi rotundi, Iridis flor. Spicæ Nardi Indic. Caſſiæ ligneæ, Semin. Ammeos, Apii, Cardamomi min.* aa. ℥iiß. *Styrac. Calamitæ* ℥v. *Ficuum ſiccat.* no. XII. Fiat omnium pulvis ſubtiliſſ. deinde:

℞. *Ceræ flavæ* ℥viij. *Reſinæ, Sevi Hircini*, ana ℥iiij. Liquefactis adde: *Gummi Ammoniaci depur.* ℥x. *Bdellii* item depurati ℥v. Tum pulvis ſupra factus cum liquefactis hiſce uniatur ſpatulâ ligneâ, ſenſim affundendo *Olei Spicæ* ℥ij. *Anethini* q. ſ. Fiat ſ. a. Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 604. a.*

## Emplaſtrum Minium coctum *Minſichti.*

℞. *Olivarum* ℥xı. *Ceruſſæ pulveriſat.* ℥ij. Coquantur ad mediocrem conſiſtentiam Emplaſtri, poſtea adde: *Minii tenuiſſimè triti* ℥iiij. *Sevi Hircini* ℔iß. *Sandali rub.* ℥vj. *Ceræ citrini, Aluminis uſti*, ana ℥iij. *Pulv. Roſar. rub.* ℥j. Miſceantur f. Emplaſtrum ut eſt artis.

Refrigerat & ſiccat, adeoque ignibus ſacris magnæ cum fiducia & feliciſſimè adhibetur. Vulnera & ulcera antiqua, maligna & exedentia, quæ humorum acrimonia ſerpunt, & ſunt difficilis conſolidationis, potenter curat. *Vid. corp. ph. p. 623. a.*

Em-

Emplaſtrum de Minio *Vigonis P. A. V.*

℞. *Olei roſati* ℔iß. *Myrtini unguenti populei* ana ℥iiij. *Pinguedinis Gallinæ* ℥ij. *Porcinæ* ℥vij. *Sevi Caſtrati, Vaccini,* ana ℔ß. *Lithargyri, auri, argenti* ana ℥iiiß. *Minii* ana ℥iij. *Ceruſſæ, Therebinthinæ,* ana ℥iiij. *Ceræ* quantum ſufficit. Fiat *E*mplaſtrum, ſecundum artem, olea, cum Lithargyro, Cerusſa & Minio leniter coquendo, & cætera dein in eis liquefaciendo & permiſcendo.

Vulnera & ulcera antiqua atque maligna curat. *Vid. corp. ph. p.* 653. *a.*

Emplaſtrum mitigativum *molliens, ſedans Minſichti.*

℞. *Empl. Oxycrocei* ℥ij. *Diachyl. ſimplicis, Compoſ. de Meliloto,* ana ℥j. & cum *ol. Chamomill.* f. Emplaſt.

In Hypochondriis, Pectore, Ventriculo, Jecinore, Liene & aliis partibus omnem duritiem & ſcirrhoſos tumores emollit, reſolvit, extrahit, maturat, & dolores varios mitigat, vehementerque ſedat. *Vid. corp. ph. p.* 614. *a.*

Emplaſtrum *de* Mucilaginibus *ſive Diachylon compoſitum P. A. V.*

℞. *Decocti mucilaginoſi rad. Althææ, Sem. Lini, Medii cortic. Ulmi, Fœnugræci,* an. ℥iiiiß. *Olei Chamæmelini, Liliorum, Anethi,* ana ℥iß. *Ammoniaci, Galbani, Opopanacis, Sagapeni,* ana præp. ℥ß. *Ceræ novæ* ℥xx. *Croci* ℥ij. *Therebinthinæ* ℥ii. Fiat ſecundum artem *E*mplaſtrum, Mucilaginem cum Oleis ſufficienter coquendo, Gummiaque cum Therebinthina ſoluta, Ceram & Crocum pulveriſatum addendo.

Maximarum in emolliendo eſt virium, phlegmonas ſanat, & ſaniem ruptorum apoſtematum abſtergit.

Nota,

Nota, in defectu Mediani corticis ulmi, fœnugræci pondus duplicari poſſe. Vid. corp. ph. p. 601. a.

Emplaſtrum de Mucilaginibus *Pharmacopœæ Amſtelodamenſis, Ultrajectinæ & Hagienſ.*

℞. *Olei Mucilaginum* ℔ß. *Ceræ flavæ* ℥xx. *Gummi Ammoniaci, Galbani, Opopanacis, Sagapeni* in *aceto vini* ſolutorum, aa. ℥ß. *Therebinthinæ* ℥ij. *Croci Anglici pulv.* ℥ii. F. ſ. a. Empl. Vid. corp. ph. p. 601. a.

Emplaſtrum Mundificativum *Schrœderi.*

℞. *Ceræ* ℔j. *Reſin. alb.* ℥iv. *Therebinth. laric.* ℥j. *Ol. Bufonum, Scorpionum*, ana ℥ij. *Styrac. liquid.* ʒvj. *Succ. Chelidon. expr.* ℥iv. *Ariſtoloch. rot.* ℥ß. *Gum. Ammomoniac.* in ✝ ſolut. & inſpiſſat. ℥ij. *Myrrh. Sarcocoll.* a. ʒj F. ſ. a. Emplaſtrum. Vid. corp. ph. p. 641. a.

Mundificat vulnera fiſtuloſa ac venenata.

Emplaſtrum Nervinum Podagricum Zvvelfferi.

℞. *Tereb. claræ* ℥vi. in qua liquefacito *gum. caran. puriſſ.* ℥i. *pulv. gum. amm. elemi tacam. animæ* ana ℥iß. quib. exacte unitis adde ſeq. inter ſe leni colliquata *cer. flav.* nov. & odorat. ℥vi. *ſap. ven.* ℥iv. *colophon. clar.* ℥iii. ult. ſeq. pulv. & ol. inſperg. ut *olib. alb. maſt. ſandarac. ſuccin.* ana ℥iß. *uſneæ fruct. Acat.* ℥i. *croc.* ʒvi. dilut. ad pultis form. cum *ſucc. chelid. camph.* ℥ß. ſolut. in *ol. ſap. ven. cum ſilicib. ſtill.* ʒvi vel ℥i. *ſal. tart.* ℥iß. F. Empl.

Emplaſtrum Nicotianæ *le Mort.*

℞. *Ol. oliv.* ℔i. *nicot.* ℥iv. *vin. rub.* ℥v. coq. ad conſ. vin. dein expr. add. *ceræ citrin. colophon.* ana ℔i. *tacam. elemi* ana ℥i. *myrrh. al.* ana ℥ß. *ol. nicot.* ſtill. ℥ii. F. Empl. ſplen. & ſtom.

Empla-

Emplaſtrum ad Nodos Podagricos vel venereos *Th. Hoffm.*

℞. *Pic. nav.* ℔ij. *colophon. cer. citr.* ana ℔v. *ſem. naſt. bacc. laur. ſulph. viv. ſem cumin. aniſ. croc. abſ. puleg. maſt. cinam. zing. caryoph.* ana ℥i. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 594. *a.*

Emplaſtrum Narcoticum *Minſichti.*

℞. *Succor. Sempervivi domeſt.* ℥vj. *Hyoſcyami, Cicutæ, Roriſmarin. Verbenæ, Solatri,* ana ℥iij. *Ol. lilior. alb. Camphoræ flor. Verbaſc. Chamæmel.* ana ℥iß. *Medullæ cervinæ* ℥j. Coquantur l. a. in diplomate ad ſuccorum conſumptionem, poſtea adde: *Ceræ virgin. Colophoniæ* ana ℥ij. *Ceruſſæ* ℥iß. *Opii ſpagyricè extract. flor. papav. errat.* ana ℥iij. *Ol. Saturnini, Mumiæ tranſmar.* ana ℨij. Miſc. & f. Emplaſtrum ut eſt artis. Refrigerat & mirabiliter dolores & cruciatus Podagricos placat. Vid. corp. ph. p. 595. a.

Emplaſtrum Nervinum *Vigonis P. A. R.*

℞. *Olei Chamæmelini, Roſarum* ana ℥ij. *Maſtichini, Therebinthinæ, Lini,* ana ℥iß. *Therebinthinæ claræ* ℥iiij. *Sevi vitulini, Hircini,* ana ℥iiß. *Herbarum Roriſmarini Betonicæ, Caudæ equinæ, Centaurii* ana M. j. *Vermium terreſtrium lotorum* ℥iij. *Radicum Rubiæ tinctorum* ℨx. *Hyperici fol. & ſem. ejus,* ana M. j. *Maſtiches* pulveriſatæ, *Gummi elemi,* ana ℨx. *Picis navalis, Reſinæ,* ana ℥iß. *Sagapeni, Galbani, Ammoniaci,* ana præp. ℥iij. *Lithargyri auri, argenti,* ana ℥iiß. *Minii* ℥ij. *Ceræ* quantum ſatis. Oleum Chamæmelinum, Roſarum, Maſtichinum & Lini, cum Lithargyro & Minio coquantur ad debitam conſiſtentiam, poſtea addantur pix, Reſinæ, Sevum cum Cera invicem liquata, & colata, atque cum

ab

ab igne depoſita & ſemirefrigerata fuerint, poſtea reliqua in pulverem redacta, Gummi Elemi, Sagapenum, Galbanum, Ammoniacum, cum Therebinthina liquefacta, ac tandem Oleum Therebinthinæ.

Emollit, digerit, reſolvit, nervoſarum partium malis cumprimis eſt utile. *Vid. corp. ph. p. 590.*

## Emplaſtrum Nervinum *Vigonis Zvvelfferi.*

℞. *Herbarum Roriſmarini, Betonicæ, Centaurii,* an. M. j. *Vermium terreſtrium mundat.* ℥iij. *Radic. rubiæ tinct.* ʒx. *Folior. Hyperici, Seminis ejuſdem* an. M. j. Coquantur in *vini & aceti* an. ℔iß. ad medietatis exhalationem, poſtea colentur, & exprimantur, colaturâ aſſervatâ. Jam verò

℞. *Oleor. Chamomillæ, Roſarum*, an. ℥iiß. *Lini, Olivarum*, (pro Maſtichino) *Therebinthinæ*, an. ℥iß. *Lithargyri auri, argenti*, an. ℥iij. *Minii* ℥ij. Coquantur lento igne ſemper affundendo de ſuperiori decocto (relictis tamen hujus decocti ℥ij. vel iij. pro diſſolutione Gummatum) ad juſtam emplaſtri conſiſtentiam. Cui addantur ſequentia, liquata invicem & per linum tranſcolata, ſcilicet: *Sevi Vituli, Hircini*, an. ℥iiß. *Picis navalis, Reſinæ*, an. ℥iß. *Ceræ flavæ* ℥iij. His mixtis diſſolvantur in *Therebintinæ* ℥iiij. *Pulv. Gummi elemi* ʒx. *Maſtichis* ℥j. ʒvj. Et priori emplaſtro etiam addantur tandem in ſuperiori aſſervato decocto acido diſſolve: *Pulv. Gummi Sagapeni, Ammoniaci, Galbani*, an. ʒiij. Ad formam pultis, & ſenſim ſemirefrigerato emplaſtro admiſce. Vid. corp. ph. p. 590.

## Emplaſtrum Nervinum *aliud* *Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ odoratæ* ℔j. in qua liquefacito *Gummi Carannæ* puriſſimi ℥ij. *Pulv. gummi Elemi, Animæ, Sagapeni*, ana ℥iij. *Tacamahacæ* ℥iiij. *Maſtichis electi* ℥v. His leniter liquatis &, ſi opus, per linum & qualum colatis, adde ſequentia commixta, & liquefacta ſimul, in alia jam tùm patellâ; utpote *Ceræ flavæ odoratæ* ℥xx. *Axungiæ canis rec.* ℥vj. *Humanæ* ℥iv. Et dum adhuc liquefacta in diplomate hærent, ſuperinjiciantur ſequentia ſubtiliſſimè inciſa, & contuſa ad pultis minutiſſ. formam, nimirum: *Gemmar.* ſeu *oculor. Populi recent.* ℥x. *Summittat. Abietis* vel *Laricis* (vulgò Fährene Gipffel) repurgat. ab externa lanugine, ℥iiij. *Baccar. juniperi virid. & recent.* ℥ij. *Herb. recent. Calaminthæ montanæ Chamæpithyos*, ana ℥iiß. *Roriſmarini*, *Salviæ hortenſ.* ana ℥iiij. *Pulv. Croci opt.* ℥iij. Diluti ad formam pultis cum *vini albi* ſuffic. quantitate, in quo *Lumbricorum terreſtrium* ℥iiij. prius ebullierint: *Pulv. Baccar. Lauri, Olibani, Myrrhæ*, ana ℥v. Et in fine, quando quaſi refrixerunt immiſceantur Balſami Indici de Peru. ℥ij. Olei ſtill. Salviæ ʒij. Majoranæ ʒj.

Miſceantur exactè, diu in calore leni agitando, ut probè uniantur. Fiat ſ. a. emplaſtrum, quod præſtantiſſimum & utiliſſimum eſt, non ſolum ad roborandos nervos, Membra contracta, contuſa & conquaſſata, ſed & ad ventriculum & uterum confortandum, quod ipſum ſexcenties expertus ſum; egregiam etiam præſtat operam, dum ſimul compeſcit paſſiones hyſtericas, roborat & retinet fœtum in gravidis, atque ad conceptionem Uterum diſponit; in duritie inſuper Hypochon-

chondriorum, debilitate Hepatis & Lienis non minus ſalutare exiſtit. Vid. corp. ph. p. 591. a.

## Emplaſtrum Nigrum *P. A. V.*

℞. *Colophoniæ, Reſinæ, Picis navalis, Ceræ albæ, Vitrioli Romani, Ceruſſæ, Olibani, Myrrhæ*, ana ℥viij. *Maſtiches, terræ ſigillatæ, Sangu. Draconis, Lumbricorum præp. Camphoræ*, ana ℥j. *Mumiæ, Lapidis Magnetis* præp. *Vitrioli albi, Corallii rubri, Axungiæ Ardeæ* ℥j. *Thymalli* ℥iij. *Olei ovorum* ℥ij. *de Spicæ* ℥j. *Juniperi* ex granis ℥iij. *Roſarum* ℥vij. Fiat Emplaſtrum ſecundum artem; Colophoniam, Reſinam, picem, & Ceram invicem liquando, ac colando, dein olea; & Axungias, ut & reliqua pulveriſata immiſcendo.

Perquam efficax eſt ad recentia vulnera & puncturas Vid. corp. ph. p. 647. a.

## Emplaſtrum Odontalgicum *de Spina.*

℞. *Gum. tacam.* ℥ij. *maſt.* ʒj. *camph.* gr. xv. *opii* ℈ß. *ol. ſuccin.* gutt. iv. F. Empl.

## Emplaſtrum Odontalgicum *VVepfferi.*

℞. *Empl. ad ruptur.* ℥ß. *opii* ℥ii. *canthar.* ℈i. *ol. nuciſt.* q. ſ. F. Empl.

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum Oeſypi *Philagrii P. A. V.*

℞. *Croci* ʒv. *Bdellii, Maſtichis, Ammoniaci, Aloes, Styracis liquidi* ana ʒvij. *Ceræ flavæ* ℔j. *Therebinthinæ* ℥iß. *Medullæ cruris vaccæ; Adipis anſeris*, ana ʒxv. *Oeſypi* ℔iß. Fiat, Ceram, medullam, & Adipem liquando pulveres ac tandem ſtyracem cum Therebinthina immiſcendo. Poſt Philagrium addiderunt nonnulli: *Succi Scyllæ* ℥iij. *Sevi vitulini* ʒxv. *Thuris* ℥j. *Ceræ* ℥ix. Vid. corp. ph. p. 633. a.

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum Oeſypi
*Meſuæ P. A. V.*

℞. *Olei Chamæmelini, Irini,* ana ℥vj. *Maſtichis* ℥j. *Spicæ Nardi* ʒiiß. *Croci* ʒiß. *Therebinthin.* ℥j *Reſin.* ℥ß. *Oeſypi* ℥x. *Ceræ,* quantum ſatis eſt. Fiat l.a. Ceratum.

Emollit, lenit, concoquit, & maturat, duros tumores ac tophos membrorum digerit, crudoſque abſceſſus maturat. *Vid. corp. ph. p. 633.a.*

## Emplaſtrum Oppodeldoch *ſecundum Fel. Würtz. ex Schrœd.*

℞. *Cer. Virgin.* ℔ij. *Therebinthin.* ℔j. *Ol. commun.* ℥iiij. His liquefactis adde: *Succi Chelidon. Fol. querc. Alchimill. Veronic.* an. ℥iß. Coque ad conſumtionem humiditatis, dein immiſce: *Gumm.* cum 🜊 depurat. & inſpiſſat. *Ammoniac. Galban. Opopan.* an. ℥vj. alii ℥vj. *Colophon.* ℥iß. *Succin.* ℥ß. *Maſtich. Myrrh. Oliban. Sarcocoll.* an. ℥iij. alii ℥iij. Omnibus bene mixtis & paululum refrigeratis adde agitando: *L. Hæmatit.* præparat. ℥iß. *Croc.* ♂ ℥ij. ♀ ℥j. *Tut.* præp. ℥iij. *Lap. Calaminar.* ℥x. Tandem in fine admiſce: Terræ vitrioli edulcoratæ q. ſ. ad colorem brunnum id eſt purpureum conciliandum, F. Empl. *Vid. corp ph. p. 642.a.*

## Emplaſtrum Oppodeldoch *D. D. Mindereri P. A. R.*

℞. *Cer. nov.* mundiſſimæ ℔j. *Therebinthin. Venet. clar.* ℔ß. *Olei Hyperici, Myrtini,* an. ℥iß. *Gummi Elemi* ℥iij. *Ammoniaci, Galbani, Opopanacis* præp. ℥iij. *Colophon.* ℥vj. *Mum. ſelect. Succini albi* an. ℥ij. *Olibani, Maſtiches, Sang. Draconis, Sarcocoll.* à re-

à recrementis purgatæ an. ℥iß. *Aloes Hepatic.* ℥ß. *Myrrh.* ℨj. *Lapidis Magnetis* præp. ℨvj. *Croci Martis* ex arte ſine corroſivo calcinati, *Tutiæ præp.* an. ℥j. *Lapidis calaminaris* præp. ℥v. *Lithargyri auri* ℥j. *Colcotharis indulcati* ſeu terræ vitrioli mortuæ, ac dulcificatæ ℥ij. *Succi Alchimill. Symphyti, Veronic. Pyrol. Sanicul. Conſolid. med* vel *Saracenic. Telephii, Nicotian. Numular.* aut *ſol. Quercûs* an. ℥j. Olea cum ſuccis coquantur ad humiditatis aqueæ conſumtionem; poſtea additis Cerâ & Colophoniâ invicem liquatis & colatis, ut & poſt factam ab igne remotionem, & aliqualem refrigerationem, Gummibus cum Therebinthina ſolutis, atque reliquis in pulverem redactis, f.ſ.a. Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 643. a.*

## Emplaſtrum Oppodeldoch *Paracelſi ex Schrœd.*

℞. *Gumm. Galban. Opopan. Ammoniac. Bdell.* an. ℥j. Macerentur per ♂ (8. vel plures) in ⚹, cola & inſpiſſa ad conſiſtent. mellis; deinde verò

℞. *Lithargyr. pulv.* ℔ß. (alii ℔iß.) *Olei commun.* ℔iß. Coque lento igne continuò agitando, donec brunnum ſive ſpadyceum colorem acquirat; hinc adde: *Cer.* ℔j. qua liquefacta immiſce etiam *ſuperiora gummata*, & paulo poſt, *Ol. Laurin.* ℥iij. Move diligentiſſime, donec nimirum omnia exactiſſimè fuerint mixta, remove ad igne adde: *Croc.* ♂, *Mum. tranſmar. Magnet.* præp. *Magiſt. corall. alb. rubror.* an. ℥ß. (Magiſteria hæc poſſent omitti) *Lapid. Calamin.* præp. *Myrrh. rubr. Thur. maſc. Maſtich. rad. Ariſtoloch. rot.* an. ℥ij. His pulveriſ. infunde pedetentim in liquefactum Emplaſtrum

omnia exactè miſcendo. Poſtremò: ℞. *Balſam. Succin.* ℥j. (ol. craſſioris) *Ol. Laurin.* ℥j. *Therebinth.* ℥ß, M. & liquefac ſeorſim, ſolve in eodem; *Camphoræ* ℥ij. & tandem *Croc. Or.* ℥ß. Solutionem hanc ſeorſim factam cum Emplaſtro calido miſce exactiſſimè, ut fiat Emplaſtrum, quod malaxa *oleo Hypericonis.*

Curat omnia vulnera, punctim & cæſim inflicta ſine omni pure; Excreſcentiam carnis impedit, ejus tantum, quantum opus eſt producendo, ulcera antiqua, prius mundificata, ſimiliter curat. Vid. corp. ph. p. 641. a.

## Emplaſtrum Oppodeldoch. *mihi in uſu.*

℞. *Gumm. Ammoniaci, Bdellii* ana ℥ij. *Galbani, Opopanac.* ana ℥j. Stent hæc die uno aut altero cum aceto infuſa in calore, ut ſolvantur omnia, tum filtrata & purificata coquantur ad conſiſtentiam melleam; Poſtea;

℞. *Lithargyr. aur.* ℔ß. vel ℥x. ſubtiliſſimè pulveriſato affunde: *Olei olivarum* ℔iß. Et coquantur ſub continua agitatione, igne tamen leni, ne effervescendo effluant, donec Lythargyrium ſolutum extat. Hoc facto adde: *Ceræ flavæ novæ* ℔ß. ut ſub agitatione continua liqueſcat; Tum adde: *Ariſtoloch. rotund. ver. pulv. Lapidis calaminar. præp. Maſtichis, Myrrhæ, Thuris,* ana ſubtiliſſ. pulv. ℥ij. Cum hæc incorporata ſenſim ſunt, porro adde: Olei *Lauri, Therebinth. Venet.* ana ℥iv. Sub continua agitatione; tum ab igne remotis adde gummata ſoluta, rurſus igno impone & continuo agitando leni tamen calore omnia uniantur; Tandem ab igne remotis adde: *Camphoræ in Spir. Vini ſol.* ℥ß.

Mi-

Miſce & per linum & qualum cola in aquam ſuppoſitam, tandem ex Maſſa refrigerata Magdaleones formato cum *oleo Hipperici* malaxando. *Vid. corp. ph. p.* 642, *a.*

## Emplaſtrum Oxycroceum commune *ex Nicolao P. A. R.*

℞. *Ceræ, Picis, Colophoniæ*, an. ℔j. *Croci Therebinthinæ*, *Galbani* præp. *Ammoniaci* præp. *Myrrhæ, Olibani, Maſtiches*, an. ℥iiij. Cera, Pix & Colophonia invicem liquentur & colentur, quibus dein ab igne depoſitis, & ſemirefrigeratis, Galbanum & Ammoniacum in Therebinthina ſoluta, poſt reliqua in pulverem tenuiſſimè redacta, jungantur, fiatque ſecundum art. emplaſtrum. Ad contuſa, Oſſium fracturas nervorum dolores, & abſceſſuum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum emplaſticum quoque & gignendo callo habile. *Vid. corp. ph. p.* 607, *a.*

## Emplaſtrum Oxycroceum *Vigonis P. A. V.*

Olei *Myrtini, Roſarum, Omphacini*, an. ℔iß. *Radicum Althææ* ℔ij. *Rad. & folior. Fraxini, Conſolidæ minoris, foliorum Myrti*, ana M. j. Radices & folia contuſa, bulliant cum oleis ad conſumptionem humiditatis aqueæ, poſtea colentur, & addantur invicem liquata: *Sevi Hircini* ℔ß. *Therebinthinæ* ℥ij. *Ceræ novæ* quantum ſufficit, nec non ſequentes pulveres: *Myrrhæ, Thuris*, ana ℥ß. *Maſtiches* ℥j. *Lithargyri auri, argenti* an. ℥iij. *Boli Armenæ, Terræ ſigillatæ*, ana ℥ij. *Minii* ʒx. Fiat emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p.* 607, *a.*

## Emplaſtrum Oxycroceum *Zvvelff.*

℞. *Picis*, *Ceræ flavæ*, Colophoniæ an. ℔j. *Therebinthin.* ℥v. Junctim liquata & per linum colata, calida aſſerventur, hinc *Pulv. Croci* ℥ij. in vino infundantur, dilutæ ad formam pulticulæ, qua interim etiam aſſervata, diſſolve in ſ. q. *aceti*, *Gummi ammoniaci triti*, *Galbani electi*, an. ℥iiij. Ad formam pultis, quibus paulatim & alternatim adde mox de ſuperioribus liquatis portiunculam, mox etiam ℥j. vel alteram de pulveribus ſequentibus, utpote: *Myrrhæ*, *Thuris*, *Maſtichis*, an. ℥iiij. Nec non *Croco ſuperius infuſo*, aliquantillum, donec omnia ſic alternatim immiſſa & commixta ſint. Poſtea bene liquata probè agitentur, non tamen ſupra ardentem flammam (prout ſæpiùs monui) ſed in diplomate, id eſt in MB. collocando nimirum vel immergendo ultra medietatem patellam, in qua primo gummata, poſtea totum compoſitum ſit, in aquam calidam & ferè ferventem, taliter enim omnia optimè unientur, & in maſſam minime friabilem aut grumoſam, ſed optime ductilem coibunt, & poſtquam cuncta junctim ſic unita & liquata ſint, (non cocta, quod obſervandum) ipſa ſub continua agitatione refrigerari ſinas, efformeſque magdaleones. *Vid. corp. ph. p.* 688. *a.*

## Emplaſtrum Oxycroceum *Pharm. Hagienſis.*

℞. *Picis navalis*, *Cer. flav. Colophon.* an. ℔ß. Igne lentiſſimo liquatis adde: *Gummi Ammoniaci*, *Galbani*, aceto ſolutorum an. ℥ij. *Therebinth.* ℥iii. Dehinc inſperge pulverem *Maſtichis*, *Myrrh. Thuris*, an. ℥ii. *Croci Anglici* ℥i. F. ſ. a. Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p.* 609. *a.*

Emplaſtrum Oxycroceum *aliud Zwelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ odoratæ* ℥viij. in qua liquefac. pulv. *Gummi Ammoniaci*, *Maſtichis electi*, *Galbani puriſſ.* ana ℥iij. Quibus invicem bene & leniter liquatis, &, ſi neceſſitas poſtulet, per linum & qualum colatis, adde ſequentia, ſeparatim priùs in ſartagine alia, invicem etiam liquata leniter, utpote: *Ceræ flavæ odoratæ*, *Colophoniæ*, *Picis græcæ*, ana ℥ix. vel x. Ultimò verò inſperge ſequentes pulveres: *Pulv. Thuris electi*, *Myrrhæ*, ana ℥iiß. *Croci in* vino parum diluti ad pultis formam ℥iß. Fiat omnibus exactè mixtis debitæ conſiſtentiæ Emplaſtrum, aliquando in calore diplomatis agitandum, ut ſpecies eò melius inter ſe coëant, & intimè uniantur, nec etiam ſpirituoſiores ejus partes evaneſcant, & ita evadet ad affectus conſignatos efficax. *Vid. corp. ph. p. 609. a.*

Emplaſtrum Diapipereos *Galeni.*

℞. *Litharg. argenti*, *ceruſſ.* ana ℔i. *ol. com.* ℔ij. *ceræ* ℥vi. *tereb.* ℥iij. *thur.* ℥iß. *alum.* ℥vj. *Piperis* ℥iij. F. Empl. l. a. *Vid. corp. ph. p. 653. a.*

Emplaſtrum Peſtilentiale *Michaelis.*

℞. *Empl. diachyl. c. gum.* ℥iv. *herb parid.* ℥i. *magn. arſen.* ℥iij. *ol. ſcorp. & aran.* q. ſ. F. Empl.

Emplaſtrum contra Philtra *Hartmanni.*

℞. *Pulv. coloc.* ℨij. *ſcamm.* ℨi. *rad. Imperat.* ℨiß. *elleb. utr. ſal. gem.* ana ℨi. *ol. ſamb. & ceræ* q. ſ. F. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Pleuriticum *Th. Hoffm.*

℞. *Pic. nav.* ℥iß. *ſulph. trit.* ℥ß. *cer. flav.* ℥vi. *tereb. claræ* ℥ß. *ol. chamam. coct.* q. ſ. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 649. a.*

Emplaſtrum ſine Pari *Londinenſe.*

℞. *Olib. bdell. ſtyr.* ana ℥iij. *ammon. galb. vin. alb. pp.*

ana ℥iß. *Pic. nav.* ℥vi. *medull. cerv. adip. gallin. anſer.* ana ℥ij. *ſulph. viv. lacte loti hermod. pulv.* ana ℥iß. cum *ol. roſ.* p. ij. *ol. ov.* p. j. & *ol. tereb.* modico F. *E.*

## Emplaſtrum Podagricum *Tackenti.*

℞. *Ol. roſ.* ℔j. calef. adde *ſap. alb. raſ.* ℥iv. liquef. ſap. adde itidem *ceruſſ. minii* ana ℥iv. coque leni igne piſtillo ligneo continuè agitando, donec acquirat conſiſt. empl. ordin. tandem ab igne remoto & parum refrigerato ſub continua agitat. adde *camph.* in ſp. vini ſol. ℥i. *caſtor.* ℥ß. F. *E*mpl. *Vid. corp. ph. p.* 592. *a.*

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum Diachalciteos *Galeni, vulgò Diapalmæ P. A. R.*

℞. *Axungiæ porci veteris* à membranis per liquationem & colationem purgatæ ℔ij. *Olei veteris, Lithargyri* triti ana ℔iij. *Chalcitidis uſtæ* ℥iiij. *Teneriorum palmæ ramorum*, M. iv. Axungia, oleum, & Palmæ rami minutim inciſi, recentes, vel ſi exſiccati fuerint, aqua prius macerati, coquantur ad humiditatis aqueæ conſumtionem, colentur & exprimantur; Colatura cum lithargyro ad juſtam conſiſtentiam lento igne redigatur, immiſcendo tandem ab igne depoſito pulverem Chalcitidis, & rudicula ex recenti palmæ ramo confecta agitationem inſtituendo. Fiat Ceratum.

Verè polychreſton eſt hoc Emplaſtrum, valet ad ulcera dyſepulotica, ædemata, articulorum morbis, bubonibus, ambuſtis, pernionibus, oſſium fracturis, contuſionibus, omnibus denique affectibus, quos rhevmaticos vocant, prodeſt, fonticulis ligandis deſtinatum eſt remedium, quos minimè ſordeſcere, aut excreſcere permittit. *Vid. corp. ph. p.* 596. *a.*

Em-

## Emplaſtrum Diapalmæ *Zvvelff.*

℞. *Teneriorum Palmæ ramorum* recentium minutim inciſorum M. iiij. vel in defectu recentium aridi rami ſumi poſſunt, & in vino humectari parumque coqui, *Axungiæ Porci veteris* purg. ℔ij. *Olei veteris*, (ſive non admodum recentis) ℔iij. Coquantur ad humiditatis exhalationem, tum fiat colatura, cum expreſſione forti, colato adde: *Lithargyri* ſubtiliſſ. triti ℔iiiß. *Chalcitidis uſtæ*, vel, quod meliùs eſt: *Vitrioli albi* (quia Chalcitis nihil aliud eſt, quam Vitriolum) in aqua ſimplici vel *decocto ramorum Palmæ* ſoluti ℥iiij. vel ℥v. Coquantur igne lento ad conſiſtentiam Emplaſtri vel Cerati, rudicula ex palmæ ramo recenti ſemper inter coquendum agitando, fiatque Emplaſtrum vergens ad albedinem. Vid. corp. ph. p. 597. a.

## Emplaſtrum Diapalma *aliud Zvvelff.*

℞. *Axungiæ Porcinæ* recentis ℔iij. huic impaſtentur, *Ramorum palmæ* minutim inciſorum *recent.* ℔j. vel ſi hi deſint, *foliorum quercûs recent.* ℥x. *Hederæ arbor. rec.* ℥iiij. Facta maceratione per aliquot dies coquantur parùm, addita *aceti Sambucini* ℔ dimidia circiter: fiat poſt colatura, cum forti expreſſione Ramorum, aut foliorum; Expreſſæ verò Axungiæ adde: *Lithargyrii ſubtiliſſ. triti* ℔iiß. *Vitrioli albi* purificati ℥iiij. vel ℥v. Soluti prius in *aceti Sambucini*, *Roſacei*, ana ℔ß. Coquantur leniſſimo igne in ſartagine ſufficienter amplâ, ſpatulâ ligneâ, ex *Ramo Palmæ*, vel *quercûs*, recenter confectâ, continuò agitando, ad Emplaſtri conſiſtentiam, addendoque ultimo, ſi libet, cum parum refrixerit, *Camphoræ* in *olei Sambuci* particulâ ſolutæ, ad pulticulam ʒvj. Item *Olibani* ſubtiliſſ. triti ℥iß. Fiat Emplaſtrum efficax

in

in doloribus articulorum; Extrahit enim & reſolvit, & calorem temperat. Vid. corp. ph. p. 597. a.

## Emplaſtrum in Paralyſi *partium cum dolore juncta ex Theſ. Hoffmanni.*

℞. *Empl. Diapalm.* ℥iiß. *Unguent. Aregon.* ℥ß. *Ol. Euphorb.* ℥iß. *Chamamel.* ℥ß. c. *Cera* ſ.q. f. Emplaſtrum in forma Magdaleonis. *Vid. corp. ph. p. 596. a.*

## Emplaſtrum *ſive* Ceratum ex Pelle Arietina *Arnoldi de Villa nova P. A. V.*

